fides, Saite, pl. Laute, Zither: I. discrepat: ut in fidibus aut tibiis, quamvis paulum discrepent, tamen id a sciente animadverti solet, sic ..; O I, 145.

potest: ut .. in fidibus pluribus, si nulla earum ita contenta nervis sit, ut concentum servare possit, omnes aeque incontentae sint, sic peccata, quia discrepant, aeque discrepant; F IV, 75.

praecinunt: quod et deorum pulvinaribus et epulis magistratuum fides praecinunt; T IV, 4.

servat: f. potest.

sunt: aeque .. contingit omnibus fidibus, ut incontentae sint, illud non continuo, ut aeque incontentae; F IV, 75 f. potest.

II, 1. concutio: leniter atque placide fides, non vi et impetu, concuti debere *; R fr 9.

contendo: f. I. potest.

facio: ut fides et tibias eorum causa factas dicendum est, qui illis uti possent, sic ..; N II, 157.

pono: ponendae sunt fides et tibiae; fr V, 91.

2. contingo: f. I. sunt.

3. utor: quo modo ... is, qui fidibus utitur, explere numeros (potest) et conficere versus? A II, 22. an tibicines iique, qui fidibus utuntur, suo, non multitudinis arbitrio cantus numerosque moderantur? T V, 104. cum (Diodotus) fidibus Pythagoreorum more uteretur; T V, 113. nec .., qui fidibus aut tibiis uti volunt, ab haruspicibus accipiunt earum tractationem, sed a musicis; D II, 9. f. 1. facio.

III. 1. tractatio: f. II, 3. D II, 9.

IV, 1. canere: Epaminondas ... fidibus praeclare cecinisse dicitur; T I, 4. si velim scribere quid aut legere aut canere vel voce vel fidibus; D II, 122.

discere: discebant .. fidibus antiqui; C 26.

fieri: cavea cantu † vice || ad cantum voce. in cavea cantu fiant, al. || ac fidibus et tibiis; L II, 38.

traducere: cum .. soliti illi esse dicantur ... mentes suas a cogitationum intentione cantu fidibusque ad tranquillitatem traducere; T IV, 3.

2. in: velut in cantu et fidibus quae ἁρμονία dicitur; T I, 19. quocirca .. in fidibus testudine resonatur aut cornu; N II, 144. nervos in fidibus aliis pulsis resonare alios; D II, 33. ut .. in fidibus aut tibiis ... concentus .. est tenendus, sic ..; R II, 69. »loedis publicis ... popularem laetitiam in || [in] || cantu et fidibus et tibiis moderanto;« L II, 22. siquidem illa severa Lacedaemo nervos iussit, quos || quo || plures quam septem haberet, in Timothei fidibus incidi; L II, 39. ut in fidibus musicorum aures vel minima sentiunt, sic ..; O I, 146. quod cum fecisse Socratem in fidibus audirem; C 26. f. I. discrepant. potest.

fidicen, Saitenspieler: concedam non modo animantem et sapientem esse mundum, sed fidicinem etiam et tubicinem? N III, 23.

fidicula, Saiteninstrument: si platani fidiculas ferrent numerose sonantes; N II, 22.

fidius, medius f., wahrlich: ne ille medius fidius vir sapiens laetus ex his tenebris in lucem illam excesserit; T I, 74.

fido, trauen, vertrauen, part. getrost: I. alqs: qui fortis est, idem est fidens; T III, 14. qui .. est fidens, is profecto non extimescit; T III, 14.
animus: fidenti animo, si ita res feret, gradietur ad mortem; T I, 110.
vox: »tum Calchas haec est fidenti voce locutus«; D II, 64.
II. acc. c. inf.: fidentium est hominum illa vera et firma et certa esse, quae tuentur; A II, 43.
III. consilio: haec sunt opera magni animi et excelsi et prudentia consilioque fidentis; O I, 81.
Cynosura: »qua (Cynosura) fidunt duce nocturna Phoenices in alto«, ut ait Aratus; A II, 66. »hac ... in alto«; N II, 106.
prudentia: f. consilio.
somniis: istisne fidentes somniis .. Epicurus et Metrodorus et Hermarchus contra Pythagoram, Platonem Empedoclemque dixerunt? N I, 93.

fiducia, Vertrauen, Zuversicht, Vertrag, Sicherheit: I. est, potest: in qua (tyrannorum vita) nulla fides, nulla caritas, nulla stabilis benivolentiae potest esse fiducia; Lae 52.
II. versor in: id .. (fidei bonae nomen) versari in tutelis societatibus, fiduciis mandatis; O III, 70.
III. iudicia: inde tot iudicia de fide mala, tutelae, mandati, pro socio, fiduciae; N III, 74.
III, 1. niti: vereor, ne non tam virtutis fiducia nitendum nobis ad spem beate vivendi quam vota facienda videantur; T V, 2.
2. in: in fiducia UT INTER BONOS BENE AGIER; O III, 61.

fidus, treu, zuverlässig: alqs: neque .. fidum potest esse multiplex ingenium et tortuosum, neque vero, qui non isdem rebus movetur naturaque consentit, aut fidus aut stabilis potest esse; Lae 65.
alqd: nihil fidum, nihil exploratum habeas, ne amare quidem aut amari; Lae 97.
amici: tum se intellexisse, quos fidos amicos habuisset, quos infidos, cum iam neutris gratiam referre posset; Lae 53.
custodia: in quibus (animi partibus) ... inest ad humanam societatem iustitiae fida custodia; F II, 113. canum .. tam fida custodia ... quid significat? N II, 158.
familiaritates: familiaritates habere fidas amantium nos amicorum; O II, 30.
homines: iustis .. [et fidis] hominibus, id est bonis viris, ita fides habetur, ut ..; O II, 33.
ingenium: f. alqs.

figo, anheften, aufhängen, richten, durchbohren, part. fest, unveränderlich: alqm: illa inania: »ipse summis saxis fixus asperis, evisceratus;« T I, 107. Zeno quidem non eos solum, qui tum erant, Apollodorum, Silum, ceteros, figebat maledictis, sed ..; N I, 93.
alqd: quod tu ... verum illud, certum, comprehensum, perceptum, ratum, firmum, fixum vis; A II, 141. fixum; A fr 17. certa ut sint et fixa, quae dixero; T I, 17. hoc .. probe stabilito et fixo; T I, 88. »nunc ea ... omnia fixa tuus glomerans determinat annus«; D I, 19. »haec fixa gravi fato ac fundata teneri«; D I, 20.
arma: arma, .. quae fixa in parietibus fuerant, ea sunt humi inventa; D I, 74.
bonum: nisi stabili et fixo et permanente bono beatus esse nemo potest; T V, 40.
curam: »quae (cura) nunc te coquit et versat in pectore fixa«; C 1.
decretum: quin ... neque satis sit (decretum) non esse falsum, sed etiam stabile, fixum, ratum esse debeat; A II, 27.
globum: cum videmus ... globum terrae eminentem e mari, fixum in medio mundi universi loco; T I, 68.
modum: siquidem rerum modum figere non possumus, animorum modum tenere possumus; P 25.
obtutum: »obstipum caput at || a, ac || tereti cervice reflexum obtutum in cauda maioris figere dicas«; N II, 107.
scuta: ea .. scuta, quae fuerant sublime fixa, sunt humi inventa; D II, 67.
stellam: huic .. Booti »subter praecordia fixa videtur stella micans radiis, Arcturus nomine claro«; N II, 110.
tempus: »una fixi ac signati temporis hora Iuppiter excelsa clarabat sceptra columna«; D I, 21.

figura, Gestalt, Gestaltung: I. absolut: I. accedit: ad similitudinem .. deorum || deo, al. || propius accedebat humana virtus quam figura; N I, 96.
complectitur, continet: quid .. pulchrius ea figura, quae sola omnis alias figuras complexa continet, quaeque nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest, nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum? N II, 47.
concrescit: f. II, 1. facit.
efficit: membrorum .. situs et figura corporis vacans animo quam possit harmoniam efficere, non video; T I, 41.
est: corporis .. nostri partes totaque figura et forma et statura quam apta ad naturam sit, apparet; F V, 35. Xenocrates animi figuram et quasi corpus negavit esse; T I, 20. ut corporis est quaedam apta figura membrorum cum coloris quadam suavitate, eaque dicitur pulchritudo, sic ..; T IV, 31. quae conpositio membrorum, quae conformatio liniamentorum, quae figura, quae species humana potest esse pulchrior? N I, 47. (deus) ea figura profecto est, quae pulcherrima sit || est || omnium; N I, 48. tertiam rationem adfertis, quod nulla alia figura domicilium mentis esse possit; N I, 76. ut concedamus eandem hominum esse et deorum figuram; N I, 94. mens cuiusque is est quisque, non ea figura, quae digito demonstrari potest; R VI, 26. f. IV, 1. alqd.
exsistit: credo, aliquam non dissimilem figuram (extitisse), sed certe non talem, ut eam factam a Scopa diceres; D I, 23.
habet: f. complectitur.
inest: in qua (columella) inerat sphaerae figura et cylindri; T V, 65.
potest: f. complectitur. efficit. est; N I, 46. 76. R VI, 26. — II, 1. efficio. intellego.
significat: nec .. figura corporis nec ratio excellens ingenii humani significat ad unam hanc rem natum hominem, ut ..; F II, 41. quae porro animantis figura conformatioque membrorum tantam naturae sollertiam significat? N II, 85.
vacat: f. efficit.
venit: hoc dico, non ab hominibus formae figuram venisse ad deos; N I, 90.
vincit: quodsi omnium animantium formam vincit hominis figura; N I, 48.
ohne Verb: inter ipsos homines nonne et simillimis formis dispares mores et moribus *simillimis* figura dissimilis? N I, 98.
2. sum: eos .., qui di appellantur, rerum naturas esse, non figuras deorum; N III, 63.

II. **nach Verben:** 1. antefero: an tu aquilam aut leonem aut delphinum ullam anteferre censes figuram suae? N I, 77.
aspicio: eius (Draconis) cum totius est || sit || praeclara species, *tum* in primis aspicienda est figura capitis; N II, 107.
circumdo: omni .. totam figuram mundi levitate (deus) circumdedit; Ti 18.
comparo: s. IV, 1. alqd.
complector: s. I, 1. complectitur.
conglobo: id esse deum neque natum umquam et sempiternum, conglobata figura; A II, 118.
constituo: ut nisi figuris hominum constitutis nihil possent de dis inmortalibus cogitare; N II, 45.
contineo: s. I, 1. complectitur.
demonstro: s. I, 1. est; R VI, 26.
dico: s. I, 1. est; T IV, 31.
do: figuram .. corporis habilem et aptam ingenio humano (natura) dedit; L I, 26.
efficio: ex quo efficiuntur eae rerum formae et figurae, quas vos effici posse sine follibus et incudibus non putatis; N I, 54. nec figuram situmque membrorum nec ingenii mentisque vim talem effici potuisse fortuna; N II, 153.
facio: nervos, venas, omnem denique membrorum et totius corporis figuram videor posse dicere, unde concreta et quo modo facta sint; T I, 56. s. I, 1. exsistit.
informo: ut, quae numquam vidimus, ea tamen informata habemus, oppidorum situs, hominum figuras; D II, 138.
intellego: qui .. fundus aut quae talis animi figura intellegi potest? T I, 61.
miror: ex qua (quercu) olim evolavit »nuntia fulva Iovis miranda visa figura;« L I, 2.
nosco: non ... id praecipit, ut membra nostra aut staturam figuramve noscamus; T I. 52.
persequor: persecutus est Aristoteles animantium omnium ortus, victus, figuras; F V, 10.
perspicio: si erit tota hominis fabricatio perspecta omnisque humanae naturae figura atque perfectio; N II, 133.
pono: quae (natura) formam nostram reliquamque figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promptu; O I, 126.
quaero: formam aliquam figuramque quaerebant; T I, 37.
suspicor: in quo (orbe) neque figuram divinam neque sensum quisquam suspicari potest; N I, 28.
video: s. informo.
2. antefero: s. 1. antefero.
3. careo: quae (natura) causas gignendi, augendi, minuendi habeat, sed careat omni sensu et figura; N I, 35.
sum: posse fieri, ut (mundus) sit alia figura; N II, 48. qui (tyrannus) quamquam figura est hominis, morum tamen inmanitate vastissimas vincit beluas; R II, 48. s. 1. conglobo. I, 1. est; N I, 48.
videor: s. 1. miror.
4. accedo ad: a ratione ad humanam figuram quo modo accedis? N I, 89.
cado in: nullo modo viderunt, animi natura intellegentis || et intellegentia || in quam figuram cadere posset; N I, 23.
cieo ex: ex corporis totius natura et figura varios motus cieri tamquam in cantu sonos; T I, 19.
converto in: si nemo est, quin emori malit quam converti in aliquam figuram bestiae; R IV, 1.
dico de: et de figuris deorum et de locis atque sedibus ... multa dicuntur; N I, 2.
exsto in: hominum .. similitudo in corporum figura magis exstat; T I, 80.
fluo a: a corporibus .. solidis et a certis figuris (Democritus) vult fluere imagines; D II, 137.
insum in: quoniam ... nec ratio usquam inesse nisi in hominis figura (potest); N I, 48. tu .. sumebas nisi in hominis figura rationem inesse non posse; N I, 98.
quaero de: non .. hoc loco de ingeniis aut de orationibus nostris, sed de specie figuraque quaeritur; N I, 78.
servo in: hanc aequabilitatem motus constantiamque ordinum in alia figura non potuisse servari; N II, 48.
sum in: nec rationem esse nisi in hominis figura; N I, 89. enumerare possum, ad eum pastum capessendum conficiendumque quae sit in figuris animantium ... discriptio partium; N II, 121. s. 1. pono.
transfero in: eum secundus ortus in figuram muliebrem transferet; Ti 45. in suis moribus simillimas figuras pecudum et ferarum transferetur; Ti 45.
video in: numquam vidi .. animam rationis consiliique participem in ulla alia nisi humana figura; N I, 87.
III. **nach Adjectiven:** 1. aptus: motum .. (deus) dedit caelo eum, qui figurae eius esset aptissimus; Ti 19.
2. vacuus: mentem aeternam figura membrisque corporis vacuam; N I, 95.
3. vastus ad: s. V, 1. vastus.
IV. **nach Substantiven:** 1. alqd: quando .. trium vel numerorum vel figurarum vel quorumcumque generum contingit ut, quod medium sit, ... compararetur; Ti 14.
decentia, al.: colorum etiam et figurarum *, tum || figurarum [tum] || venustatem atque ordinem et, ut ita dicam, decentiam, oculi iudicant; N II, 145.
similitudo: ut (stellae) ex notarum figurarum similitudine nomina invenerint; N II, 104.
2. alqs: quid .. interest, utrum ex homine se convertat quis in beluam an hominis figura inmanitatem gerat beluae || [utrum ... beluae] || ? O III, 82.
alqd, deus: vgl. II, 1. conglobo.
3. feritas, immanitas in: ista in figura hominis feritas et inmanitas beluae a communi tamquam humanitatis corpore segreganda est; O III, 32.
V. **Umstand:** 1. intellegi: quod primum intellegi debet figura membrisque corporum; F III, 62.
metiri: non genere aut loco aut ordine, sed forma, aetate, figura (voluptates) metiendas putant; T V, 94.
sustentare: quae (astra) ... forma ipsa figuraque sua momenta sustentant; N II, 117.
vastus: elephanto beluarum nulla prudentior; at figura || ad figuram || quae vastior? N I, 97.
abl. comp.: s. I, 1. complectitur.
2. in: quam sint omnia in hominis figura non modo ad usum, verum etiam ad venustatem apta; N I, 47. „non est corpus, sed quasi corpus." hoc intellegerem quale esset, si in ceris fingeretur aut fictilibus figuris; N I, 71. quanto est miserius in hominis figura animo esse efferato! R IV, 1.
sine: quod fieri ... nec sine faucium, laterum, pulmonum vi et figura potest; T I, 37.

figuro, gestalten, bilden: animantem: hunc (animantem) ea forma figuravit, qua una omnes formae reliquae concluduntur; Ti 17.
corpus: ita figuratum corpus, ut excellat aliis; F V, 34. corpus unum et simplex, ita figuratum, ut temperatione naturae vigeat et sentiat; T I, 21.

(corpora) se ipsa ... formare, figurare, colorare, animare non possent; N I, 110.

terga: quorum (boum) ipsa terga declarant non esse se ad onus accipiendum figurata; N II, 159.

filia, Tochter: I, 1. adurunt: ab his ipsis (filiabus), cum iam essent adultae, (Dionysius) ferrum removit instituitque, ut candentibus iuglandium putaminibus barbam sibi et capillum adurerent; T V, 58.

divinat: Asiae rex Priamus nonne et Helenum filium et Cassandram filiam divinantes habebat? D I, 89.

est: ob eam .. ipsam causam Erechtheus Athenis filiaeque eius in numero deorum sunt; N III, 50. cur ... P. Crassi filia posset habere, si unica patri esset, aeris milliens salva lege, mea triciens non posset? R III, 17. si, ut aiunt † Danaum quinquaginta || aiunt Danaum, q.; aiunt Danao, q. || sint filiae, tot dotes magnam quaerunt pecuniam; P 44.

expetunt: cuius (Erechthei) etiam filiae cupide mortem expetiverunt pro vita civium; T I, 116.

habet: s. est; R III, 17.

imponunt: Metellum .. multi filii filiae, nepotes neptes in rogum inposuerunt; T I, 85.

oppetit: aequius esse censuit se maturam || maturum || oppetere mortem quam P. Africani filiam adulescentem; D I, 36.

potest: s. est; R III, 17.

2. sum: cum (Ino) sit Cadmi filia; N III, 48.

3. Vocativ: ille (L. Paulus) artius puellam conplexus: „accipio“, inquit, „mea filia, omen“; D I, 103.

II, 1. conloco: cum (Caecilia Metelli) vellet sororis suae filiam in matrimonium conlocare; D I, 104. qui (Themistocles) cum consuleretur, utrum bono viro pauperi an minus probato diviti filiam collocaret; O II, 71.

dedo: L. Verginius ... virginem filiam sua manu occidit potius, quam ea Ap. Claudii libidini ..., dederetur; F II, 66.

doceo: ne tonsori collum committeret, tondere filias suas (Dionysius) docuit; T V, 58.

fero: cuius (Herculis) Karthaginem filiam ferunt; N III, 42.

habeo: Ino Cadmi filia nonne Λευκοθέα nominata a Graecis Matuta habetur a nostris? T I, 28. filiam quis habet, pecunia est opus; duas maiore; pluris, maiore etiam; P 44. qui .. non filias plures, sed innumerabiles cupiditates habet; P 44. s. I, 1. divinat.

interficio: (inventus est,) qui filiam interficeret, ne stupraretur; F V, 64.

interimo: cum Decimus quidam Verginius virginem filiam ... in foro sua manu interemisset; R II, 63.

laudo: quis Erechthei filias non maxime laudat? F V, 62.

nomino: s. habeo; T I, 28. — nupta: s. relinquo. — occido: s. dedo.

odi: maeres videlicet regni desiderio, non filiae. illam enim oderas, et iure fortasse; T III, 26.

rego: quattuor robustos filios, quinque filias ... Appius regebat; C 37.

relinquo: qui (Q. Metellus) ... reliquit .. tris filias nuptas; F V, 82.

stupro: s. interficio.

2. adfero: cum maior eius filius Lucretiae, Tricipitini filiae, Conlatini uxori, vim attulisset; R II, 46. nec ... non contra illam legem sempiternam Sex. Tarquinius vim Lucretiae, Tricipitini filiae, attulit; L II, 10.

reddo: si te amicus tuus moriens rogaverit, ut hereditatem reddas suae filiae; F II, 58.

trado: Caecilia se sororis filiae sedes suas tradere; D II, 83.

3. nascor: quarta (Minerva) Iove nata et Coryphe, Oceani filia; N III, 59.

4. nascor ex: Circe .. et Pasiphaë et Aeeta e Perseide, Oceani filia, nati, patre Sole; N III, 48.

pervenio ad: ut omnis hereditas ad filiam perveniret; F II, 55.

removeo ab: s. I, 1. adurunt.

III. conlocatio: qui ... in filiarum collocatione adiuvant; O II, 56 (55).

desiderium: s. II, 1. odi.

dotes: Atheniensis Clisthenes Iunoni Samiae ... filiarum dotis credidisse (dicitur); L II, 41.

morbus: »damna ... semper secum cogitet ... aut uxoris mortem aut morbum filiae«; T III, 30.

mors: Aeschines in Demosthenem invehitur, quod is septimo die post filiae mortem hostias immolavisset; T III, 63.

somnium: templum Iunonis Sospitae L. Iulius ... de senatus sententia refecit ex Caeciliae, Baliarici filiae, somnio; D I, 4. Caeciliae Q. filiae || e || somnio modo Marsico bello templum est a senatu Iunoni || Iunonis || Sospitae restitutum; D I, 99. pervulgatum .. recens Caeciliae, Baliarici filiae, somnium; D II, 136.

2. nepos ex: * us nepos eius, ut dixerunt quidam, ex filia; R II, 20. Numae Pompilii nepos ex filia rex a populo est Ancus Marcius constitutus; R II, 33.

cum: nec stellatus Cepheus cum uxore, genero, filia traderetur; T V, 8.

filiola, Töchterchen: L. Paulus consul iterum ... filiolam suam Tertiam, quae tum erat admodum parva, osculans animum advertit tristiculam; D I, 103.

filius, Sohn: I. absolut: 1. Subject:

abundat: s. 3. O I, 1.

accurrit: quod cum audivisset adulescens filius, negotium exhiberi patri, accurrisse Romam et cum primo luci || prima luce || Pomponi domum venisse dicitur; O III, 112.

accusat: „si patriam prodere conabitur pater, silebitne filius?“ „immo vero obsecrabit patrem, ne id faciat. si nihil proficiet, accusabit, minabitur etiam, ad extremum ... patriae salutem anteponet saluti patris“; O III, 90.

adfert: cum maior eius filius Lucretiae ... vim attulisset; R II, 46. qui (Pomponius) illum (filium) iratum allaturum ad se aliquid contra patrem arbitraretur; O III, 112.

adoptat: ut superioris filius Africani, qui hunc Paulo natum adoptavit, propter infirmitatem valetudinis non tam potuit patris similis esse, quam ille fuerat sui; O I, 121. quam fuit inbecillus P. || Publii || Africani filius, is qui te adoptavit, quam tenui aut nulla potius valetudine! C 35.

aegrotat: si ... interim graviter aegrotare filius coeperit; O I, 32.

amat: idem .. facilem et liberalem patrem incommodum esse amanti filio disputat; N III, 73.

anteponit: s. accusat. — audit: s. accurrit.

coepit: s. aegrotat.

concupiscit: cuius (P. Decii) mors ita gloriosa fuit, ut eandem concupisceret filius; D I, 51.

consectatur: s. II, 1. accuso.

constituit: cum P. Africanus hic, Pauli filius, feriis Latinis ... constituisset in hortis esse; R I, 14.

convocat: Ti. Gracchus P. F., ... nonne ... duobus anguibus domi conprehensis haruspices convocavit? D I, 36.

decertat: non cum Latinis decertans pater

Decius, cum Etruscis filius, cum Pyrrho nepos se hostium telis obiecissent; T I, 89.

dicit: T. Torquatus ... cum illam severitatem in eo filio adhibuit, quem in adoptionem D. Silano emancipaverat, ut eum ... causam apud se dicere iuberet reque ex utraque parte audita pronuntiaret eum non talem videri fuisse in imperio, quales eius maiores fuissent, et in conspectum suum venire vetuit; F I, 24. P. Decius ille Q. F. ... dixit ... *se* sibi visum esse ..; D I, 51.

divinat: Asiae rex Priamus nonne et Helenum filium et Cassandram filiam divinantes habebat? D I, 89.

est: nisi forte censes Ti. Gracchum patrem *non* beatiorem fuisse quam filium; F IV, 65. non video, cur non potuerit patri || patris || similis esse filius; F V, 12. cuius .. similis (fuisset) P. Crassi ... nepos multorumque aliorum clarorum virorum ... nepotes et filii; T I, 81. Aristaeus, qui olivae dicitur inventor, Apollinis filius, Theseus Neptuni, reliqui ... non erunt in deorum numero? N III, 45. neque .. convenire barbatum esse filium; N III, 83. Croesi filium, cum esset infans, locutum; D I, 121. M. || Marci || .. Catonis senis est epistula || epistola || ad M. filium, in qua scribit se audisse eum missum factum esse a consule, cum in Macedonia bello Persico miles esset; O I, 37. ſ. adoptat. constituit. dicit; F I, 24. — II, 2. dico; O III, 112.

excellunt: student ... excellere, ut Q. Mucius P. f. in iure civili, Pauli filius Africanus in re militari; O I, 116.

excitat: quos (fluctus) post filius eius Marius || [Marius] || in Aegaeo excitavit mari; L III, 36.

facit: quod idem fecit Timotheus, Cononis filius; O I, 116.

fert: cum Basilus M. Satrium, sororis filium, nomen suum ferre voluisset; O III, 74.

fungitur: magnificentissima aedilitate functus est .. C. Claudius App. f.; O II, 57.

gloriatur: L. ... Philippus Q. f. ... gloriari solebat se ... adeptum esse omnia, quae ..; O II, 29.

habet: ſ. 3. O III, 121.

habitat: criminabatur (M. Pomponius) etiam, quod (L. Manlius) Titum filium ... ab hominibus relegasset et ruri habitare iussisset; O III, 112.

imitatur: non esset imitatus (factum) quarto consulatu suo filius; F II, 61.

imponunt: Metellum .. multi filii filiae, nepotes neptes in rogum inposuerunt; T I, 85.

indicat: indicetne id magistratibus filius? O III, 90.

inquit: „saepe," inquit Publii filius, „ex patre audivi pontificem bonum neminem esse, nisi qui ius civile cognosset; L II, 47.

loquitur: nonne ita credit ‖ credidit ‖ (Iliona) filium locutum, ut experrecta etiam crederet? A II, 88. ſ. est; D I, 121.

militat: [in cuius (Popilii) exercitu Catonis filius tiro militabat]; O I, 36. [Catonis quoque filium, qui in eadem legione militabat, dimisit. sed cum amore pugnandi in exercitu remansisset, Cato ad Popilium scripsit, ut, si eum patitur in exercitu remanere, secundo eum obliget militiae sacramento, quia priore amisso iure cum hostibus pugnare non poterat]; O I, 36.

minatur: ſ. accusat.

moritur: qualis (fuit) M. Cato praetore designato mortuo filio; T III, 70. exin filium eius (rustici) esse mortuum; D I, 55.

nascitur: Metellus ille honoratis quattuor filiis, at quinquaginta Priamus, e quibus septemdecim iusta uxore natis; T I, 85. alter (Apollo) Corybantis filius, natus in Creta; N III, 57.

neglegit: denique ut pater filium metuat, filius patrem neglegat; R I, 67.

obicit: ſ. decertat. — obsecrat: ſ. accusat.

obtinent: Ti. || Tiberius || .. Gracchus P. f. tam diu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit; at eius filii nec vivi probabantur bonis et mortui numerum optinent iure caesorum; O II, 43.

optat: ſ. II, 2. dico; O III, 94.

perdit: ut P. Claudius, Appii Caeci filius, eiusque collega L. Iunius classis maxumas perdiderunt; D I, 29.

potest: ſ. adoptat; O I, 121. est; F V, 12. militat. — proficit: ſ. accusat. — proficiscitur: ſ. II, 2. praedico. — pugnat: ſ. militat.

putat: »si Lupus aut Carbo, Neptuni filius,« ut ait Lucilius, putasset esse deos; N I, 63.

reddit: ſ. II, 1. relinquo; F II, 58.

redit: C. Duellium M. f. || Marci filium ||, ... redeuntem a cena senem saepe videbam puer; C 44.

refert: hic (Scaurus), summi et clarissimi viri filius, ... repulsam .. rettulit; O I, 138.

relinquit: ut C. Gracchus, filius eius, scriptum reliquit; D I, 36. ſ. II, 1. relinquo; F II, 58.

remanet: ſ. militat. — silet: ſ. accusat.

solet: ſ. gloriatur. — student: ſ. excellunt.

venit: Latinis ipsis mane ad eum (P. Africanum) primus sororis filius venit Q. Tubero; R I, 14. ſ. accurrit. dicit; F I, 24.

videt: ſ. 3. O I, 15.

videtur: ſ. dicit; F I, 24.

abl. abs.: Livius fabulam dedit C. Claudio, Caeci filio, M. Tuditano consulibus; T I, 3. hic (Priamus) si vivis filiis incolumi regno occidisset; T I, 85.

ohne Verb: cum dissolutus filius: »heu me miserum«! tum severus pater: »dum modo ..;« T IV, 45.

2. **Prädicat**: sum: alternis .. versibus intorquentur inter fratres gravissimae contumeliae, ut facile appareat Atrei filios esse; T IV, 77.

ohne Verb: alter (Mercurius) Valentis et Coronidis filius; N III, 56.

3. **Vocativ**: quamquam te, Marce fili, abundare oportet praeceptis institutisque philosophiae; O I, 1. formam .. ipsam, Marce fili, et tamquam faciem honesti vides; O I, 15. licet .. mihi, M. || Marce || fili, apud te gloriari; O I, 78. quem ad modum officia ducerentur ab honestate, Marce fili; O II, 1. P. Scipionem, M. || Marce || fili, ... dicere solitum scripsit Cato ..; O III, 1. habes a patre munus, Marce fili, mea quidem sententia magnum; O III, 121. nolite arbitrari, o mihi ‖ mei || carissimi filii, me ..; C 79.

II. **nach Verben: 1. Accusativ**: accuso: praeclare in epistula quadam Alexandrum filium Philippus accusat, quod largitione benivolentiam Macedonum consectetur; O II, 53.

amitto: qualis (fuit) L. Paulus duobus paucis diebus amissis filiis; T III, 70.

condemno: ut condemnaretur filius aut nepos, si pater aut avus deliquisset; N III, 90.

conficio: quo dolore ... Cn. Octavium, Marci filium, ... confici vidi; F II, 93.

configo: cum (Hercules), ut Eurysthei filios, ita suos configebat sagittis; A II, 89.

designo: ſ. I, 1. moritur; T III, 70.

dico: tertii (*Διόσκουροι*) dicuntur a non nullis Alco et Melampus et Tmolus, Atrei filii; N III, 53

dimitto: ſ. I, 1. militat.

doceo: qui (Pelops) non erudierit filium nec docuerit, quatenus esset quidque curandum; T I, 107.

effero: qualis fuit Q. Maxumus efferens filium consularem; T III, 70. cur Maximus extulit filium consularem? N III, 80.
emancipo: f. I, 1. dicit; F I, 24.
eripio: quod (Iuppiter) Sarpedonem filium a morte contra fatum eripere non posset; D II, 25.
erudio: ubi cum de matre familias Tarquiniensi duo filios procreavisset, omnibus eos artibus ad Graecorum disciplinam erudiit; R II, 34. f. doceo.
gigno: quae (Lacaena) cum filium in proelium misisset et interfectum audisset, „idcirco", inquit, „genueram, ut esset, qui ..;" T I, 102.
habeo: Leucotheam, quae fuit Ino, et eius Palaemonem filium cuncta Graecia (habet ex hominibus deos); N III, 39. Tarquinius ... sic Servium diligebat, ut is eius vulgo haberetur filius; R II, 37. f. puto; T V, 34. — I, 1. divinat.
honoro: f. I, 1. nascitur; T I, 85.
immitto: quae (vis) patrem Decium, quae filium devota vita inmisit in armatas hostium copias? P 12.
interficio: interfecto Publio filio exercituque deleto; D II, 22. f. gigno.
invenio: cum cogniti sunt et aut deorum aut regum filii inventi; Lae 70.
laudo: f. I, 1. obtinent.
lavo: nostro .. more cum parentibus puberes filii ... non lavantur; O I, 129.
metuo: f. I, 1. neglegit.
mitto: f. gigno; I, 1. est; O I, 37.
multo: filium morte multavit; F I, 35.
numero: Ioves tres numerant ..., tertium Cretensem, Saturni filium; N III, 53.
obligo: f. I, 1. militat.
percutio: quod .. (T. Torquatus) securi percussit filium; F I, 23.
perdo: nostros Gracchos, Ti. Gracchi summi viri filios, Africani nepotes, nonne agrariae contentiones perdiderunt? O II, 80.
praedico: Argiae || Argivae || sacerdotis Cleobis et Biton filii praedicantur; T I, 113.
probo: f. I, 1. obtinent.
procreo: f. erudio.
puto: illum filium Solis nonne patris ipsius luce indignum putas? T III, 26. cum esset ex eo (Socrate) quaesitum, Archelaum, Perdiccae filium, qui tum fortunatissimus haberetur, nonne beatum putaret; T V, 34 (35).
rego: quattuor robustos filios, quinque filias ... Appius regebat; C 37.
relego: f. I, 1. habitat.
relinquo: cum Speusippum, sororis filium, Plato philosophiae quasi heredem reliquisset; A I, 17. ipse Epicurus fortasse (hereditatem) redderet, ut Sex. Peducaeus, Sex. F., is qui hunc nostrum reliquit effigiem et humanitatis et probitatis suae filium; F II, 58. qui (Q. Metellus) tris filios consules vidit, e quibus unum etiam et censorem et triumphantem, quartum autem praetorem, eosque salvos reliquit; F V, 82.
teneo: quare teneamus Aristotelem et eius filium Nicomachum; F V, 12.
tollo: in currum cum Phaëthontem filium (Sol) sustulit; N III, 76.
trado: ut de principum filiis x ex || sex, x, al. || singulis Etruriae populis in disciplinam traderentur; D I, 92.
video: cum Rhodius Diagoras ... uno die duo suos filios victores Olympiae vidisset; T I, 111. f. relinquo; F V, 82. — I, 1. redit.
2. **Dativ**: contingo: quod contigit M. Bruto summo genere nato, illius filio, qui ..; O II, 50.
dico: Sol Phaëthonti filio ... facturum se esse dixit, quicquid optasset; O III, 94. L. Manlio A. f., cum dictator fuisset, M. Pomponius tr. pl. diem dixit; O III, 112.
do: sacerdos ..., cum currus esset ductus a filiis, precata a dea dicitur, ut *id* illis praemii || praemium || daret pro pietate, quod ..; T I, 113.
impero: haec (ratio) ut imperet ...; „quonam modo?" inquies. vel ut dominus servo vel ut imperator militi vel ut parens filio; T II, 48. is .. sive ea ratio ... sic illi parti imperabit inferiori, ut iustus parens probis filiis; T II, 51. ut filiis imperari corporis membris propter oboediendi facilitatem; R III, 37.
praecipio: vgl. elliptisch.
praedico: Polyidum Corinthium nonne Homerus et aliis multa et filio ad Troiam proficiscenti mortem praedixisse commemorat? D I, 89.
trado: eam .. potestatem ... quasi iustam ... hereditatis loco (Dionysius) filio tradidit; N III, 84.
elliptisch: hoc ille (Philippus) filio, sed praeceptum putemus omnibus; O II, 54.
3. **Ablativ**: nascor: unus eorum (Solum) Iove natus, ... alter Hyperione, tertius Volcano, Nili filio; N III, 54.
orbo: Theseus Hippolyto filio non esset orbatus; O I, 32.
4. **mit Präpositionen**: capio e: quod (desiderium Laërtes) capiebat e filio; C 54.
glorior apud: f. I, 3. O I, 73.
nomino ex: ut .. ceteri ex patribus, sic hic ... ex filio est nominandus; O III, 66.
sum in: maior etiam (lepos erat) magisque de industria in C. Caesare L. filio; O I, 108.
video in: quod in Catulo, et in patre et in filio, ... vidimus; O I, 109.
vivo cum: regnare et Ithacae vivere otiose cum parentibus, cum uxore, cum filio; O III, 97.
III. **nach Adjectiven**: 1. **Dativ**: incommodus: f. I, 1. amat.
perniciosus: di poëtici si scissent perniciosa fore illa filiis; N III, 77.
2. **mit Präposition**: severus in: qui (vir) perindulgens in patrem, idem acerbe severus in filium; O III, 112.
IV. **nach Substantiven**: 1. **Genetiv**: adoptationes: quid adoptationes || adoptiones || filiorum, quid testamentorum diligentia ... (significat), nisi ..? T I, 31.
crudelitas: quod matris somnium inmanis filii crudelitas conprobavit; D I, 46.
iniuriae: civitas recordatione superbiae Tarquinii multarumque iniuriarum et ipsius et filiorum *... iussit; R II, 46.
insidiae: cum Tarquinius insidiis Anci filiorum interisset; R II, 38.
interitus: optavit (Theseus) interitum Hippolyti filii; O III, 94.
mors: cum (Elysius) graviter filii mortem maereret; T I, 115. quem (Anaxagoram) ferunt nuntiata morte filii dixisse: „sciebam me genuisse mortalem"; T III, 30. quo modo ille (Q. Maximus) mortem filii tulit, clari viri et consularis; C 12. quo modo ... mortem filii (Cato) tulit! Lae 9.
peccatum: »damna ... semper secum cogitet aut fili peccatum«; T III, 30.
sententia: non .. utilis illa L. Philippi Q. f. sententia, ... ut ..; O III, 87.
socer: nihil (agebat) L. Paulus, pater tuus, socer optimi viri, filii mei? C 15.
2. **mit Präpositionen**: alqs de: f. II, 1. trado. — ex: f. I, 1. nascitur; T I, 85. II, 1. relinquo; F V, 82.
epistulae ad: exstant epistulae et Philippi ad Alexandrum et Antipatri ad Cassandrum et

Antigoni ad Philippum filium; O II, 48. s. I, 1. est; O I, 37.

sermo eum: Scaevola ... exposuit .. sermonem Laeli || Laelii || de amicitia habitum ab illo secum et cum altero genero, C. Fannio Marci filio; Lae 3.

V. **Umstand:** stuprata per vim Lucretia a regis filio; F II, 66. exsectum Caelum a filio Saturno, vinctum autem Saturnum ipsum a filio Iove; N II, 63. exsectum a filio Caelum, vinctum itidem a filio Saturnum; N III, 62. Philippum ... rebus gestis et gloria superatum a filio; O I, 90. (Sophocles) a filiis in iudicium vocatus est; C 22. s. II, 2. do; T I, 113.

in: sensi ego in optimo filio, tu in ... fratribus, Scipio, mortem omni aetati esse communem; C 68. s. I, 1. dicit; F I, 24.

filum, Faden, Form: sed aliud quoddam filum orationis tuae; Lae 25.

findo (vgl. **fissum**), spalten: hoc quasi rostro finditur Fibrenus; L II, 6.

fingo, bilden, schaffen, vorstellen, erdichten, ersinnen, erfinden, vorgeben, lügen: I. **absolut:** 1, a. aptus ad: ad pingendum, ad fingendum, ad scalpendum ... apta manus est; N II, 150.

b. ratio: ut fingendi proclivis esset ratio; R II, 18.

locus ad: ut iam doctis hominibus ac temporibus ipsis eruditis ad fingendum vix quicquam esset loci; R II, 19.

2. alqs: etiamsi id (animal) sine corpore sit, ut fingimus; F IV, 28. num fingo, num mentior? cupio refelli; T III, 46. fungar .. iam interpretis munere, ne quis me putet fingere; T III, 41.

II. **mit Ergänzung:** 1. de: num minus ille (Herodotus) potuit de Croeso quam de Pyrrho fingere Ennius? D II, 116. s. III. alqd; F V, 49. D II, 48.

2. indir. Frage: veteres .. philosophi in beatorum insulis fingunt qualis futura sit vita sapientium; F V, 53.

3. nomin. c. infin.: ex se .. natos (Saturnus) comesse fingitur solitus; N II, 64.

4. accus. c. infin.: finge aliquem nunc fieri sapientem, nondum esse; A II, 117. si hoc fingamus esse quasi finem et ultimum; F III, 54. ut ... ea fieri apud inferos fingerent, quae ..; T I, 37. Hecubam .. putant propter animi acerbitatem quandam et rabiem fingi in canem esse conversam; T III, 63. quam (Proserpinam) frugum semen esse volunt absconditamque quaeri a matre fingunt; N II, 66. fingebat Carneades in Chiorum lapicidinis saxo diffisso caput extitisse Panisci; D I, 23. quem paulo ante fingebam digitorum percussione hereditates omnium posse converrere; O III, 78.

III. **mit einfachem Object:** alqm: quid attinet ... fingere aliquos, qui cum luxuriose viverent, a summo philosopho non reprenderentur? F II, 21. (Archytas) fingere animo iubebat tanta incitatum aliquem voluptate corporis, quanta percipi posset maxima; C 41. s. alqd; N II, 7.

alqd: cum sibi fingit aliquid et cogitatione depingit; A II, 51. nec .. quicquam ita dicam, ut quisquam id fingi suspicetur; A II, 98, nec tamen id, cuius causa haec finxerat (Epicurus), assecutus est; F I, 19. quid eo miserius dici aut fingi potest? F I, 41. liceat .. fingere aliquid eius modi; F IV, 27. licet ... fingere aliquid docendi causa; F IV, 38. quae (Homerus) de Sirenum cantibus finxerit || finxit ||; F V, 49. ut (natura) alia in primo ortu perficeret, alia progrediente aetate fingeret; F V, 59. fingebat haec Homerus; T I. 65. nihil .. est in animis, ... quod ex terra natum atque fictum esse videatur; T I, 66. deum .. (esse) eam mentem, quae ex aqua cuncta fingeret; N I, 25. quodsi ea ficta credimus licentia fabularum, Mopsum, Tiresiam, Amphiaraum; N II. 7. ut id (semen), quamquam sit perexiguum, tamen ... ita fingat et efficiat in suo quidque genere, .. ut ..; N II, 81. etiam Spes, Moneta (deae sunt) omniaque, quae cogitatione nobismet ipsi || ipsis || possumus fingere; N III, 47. ut ii, qui ista finxerunt, ... fuisse sapientes videantur; N III, 62. numine deorum omnia fingi, moveri mutarique posse; N III, 92. ut nihil sit, quod non ex ea (materia) quamvis subito fingi convertique possit; N III, 92. ficta haec esse dicamus; D I, 33. haec, etiamsi ficta sunt a poëta, non absunt tamen a consuetudine somniorum; D I, 42. in quibus (agris) multa propter fecunditatem fingi gignique possunt; D I, 94. id, praeterquam quod fieri non potuit, ne fingi quidem potest; D II, 28. idem Carneadem fingere dicis de capite Panisci; D II, 48. sit hoc fictum; D II, 49. accedit illud etiam, quod in metu et periculo cum creduntur facilius, tum finguntur inpunius; D II, 58. ut, quae ipse reperias, tribuere aliis malis quam ... ipse fingere; R II, 22. neque solum fictum (id est), sed etiam imperite absurdeque fictum; R II, 28. quae non solum ficta || facta || esse, sed ne fieri quidem potuisse cernimus; R II, 28. multa quaeruntur in Mario fictane an vera sint; L I, 4. illa ... ficta esse dicimus; L I, 47. ficta omnia celeriter tamquam flosculi decidunt; O II, 43. non ea, quae finguntur aut optantur, spectare debemus; Lae 18. in amicitia .. nihil fictum est || fictum ||, nihil simulatum; Lae 26. ne quid fictum sit neve simulatum; Lae 65. nihil .. est in animis ..., quod ex terra natum atque fictum esse videatur; fr IX, 10.

actionem: ex eo .. ingenia, mores, animum, corpus, actionem vitae, casus cuiusque eventusque fingi; D II, 89.

amicitias: qui utilitatum causa fingunt amicitias; Lae 51.

animal: (semen) rapit omnem fere cibum ad sese eoque saeptum fingit animal; N II, 128.

animum: s. actionem.

artus: s. **finio,** II. artus.

asotos: nolim .. mihi fingere asotos, ut soletis; F II, 23.

auguratum: nec fictus (Romuli auguratus) ad opiniones inperitorum, sed a certis acceptus et posteris traditus; D I, 107.

casus: s. actionem.

causam: non .. obnuntiatio Ateii causam finxit calamitatis, sed ..; D I, 30. quin ... iusti sui doloris causam aliquam fingeret; L I, 40.

civitatem: recte .. a Platone (poëtae) eiciuntur ex ea civitate, quam finxit ille; T II, 27.

cognomina: quodsi fingenda nomina, Vicae Potae potius vincendi atque potiundi, Statae standi || [vinvendi] .. [potiundi] .. [standi] || cognominaque Statoris et Invicti Iovis rerumque expetendarum nomina, Salutis, Honoris, Opis, Victoriae; L II, 28.

corpus: „non est corpus, sed quasi corpus." hoc intellegerem quale esset, si in ceris fingeretur aut fictilibus figuris; N I, 71. s. actionem.

declinationem: ipsa declinatio ad libidinem fingitur; F I, 19.

deum: ut a physicis ... tracta ratio sit ad commenticios et fictos deos; N II, 70.

eventus: s. actionem.

fabulam: quod quam magnum sit, fictae veterum fabulae declarant; F I, 65. quid, cum fictas

fabulas ... cum voluptate legimus? F V, 51. talibus exemplis non fictae solum fabulae, verum etiam historiae refertae sunt; F V, 64. antiquitas .. recepit fabulas fictas etiam non numquam incondite; R II, 19. philosophi quidam ... fictam et commenticiam fabulam prolatam dicunt a Platone; O III, 39.

favos: ut apium examina non fingendorum favorum causa congregantur, sed, cum congregabilia natura sint, fingunt favos, sic ..; O I, 157.

formam: idem .. (Cleanthes) quasi delirans tum fingit formam quandam et speciem deorum, tum ..; N I, 37. quodsi fingere nobis et iungere formas velimus; N I, 78. oculi ... in pictis, fictis caelatisque formis ... multa cernunt subtilius; N II, 145. quae est .. forma tam invisitata, tam nulla, quam non sibi ipse fingere animus possit? D II, 138.

formidines: cuius ignoratio finxit inferos easque formidines; T I, 36.

Fortunam: si, ut || sicut || sapiens poëta dixit, „suis ea (Fortuna) cuique fingitur moribus“; P 34.

hominem: esse aliquam vim, ... quae „finxerit vel, ut tuo verbo utar, quae „fabricata sit“ hominem; A II, 87.

incessum: quodsi vultum tibi, si incessum fingeres; F II, 77.

ingenia: ſ. actionem.

iudicia: deorum immortalium iudicia solent in scholis proferre de morte, nec vero ea fingere ipsi, sed ..; T I, 113.

materiam: quae (physica) cum contineantur ex effectione et ex materia ea, quam fingit et format effectio; A I, 6.

mentem: actor .. moderatur et fingit non modo mentem ac voluntates, sed paene vultus eorum; L III, 40.

molestiam: quos intellegimus nec sibi fingere ullam molestiam nec alteri quaerere; N I, 56.

mores: ut mores fingas; A II, 114. ſ. actionem.

mundum: videndum est, cuiusnam animantium deus in fingendo mundo similitudinem secutus sit; Ti 11.

nomina: ſ. cognomina.

operta: quorum (Apollinis opertorum) partim ficta aperte, partim effutita temere numquam ... probata sunt; D II, 113.

opinionem: qui dixerunt totam de dis inmortalibus opinionem fictam esse ab hominibus sapientibus rei publicae causa; N I, 118. videmus ceteras opiniones fictas atque vanas diuturnitate extabuisse; N II, 5.

opera: an (veritas est) in individuis corpusculis tam praeclara opera ... fingentibus? N I, 67.

principatum: quem (principatum) sibi ipse opinionis errore finxerat; O I, 26.

religiones: sapienter aiebant ad opinionem imperitorum esse fictas religiones; D I, 105.

rem: quae cum res tota ficta sit pueriliter, tum ..; F I, 19. stantes plaudebant in re ficta; quid arbitramur in vera facturos fuisse? Lae 24. in qua (contione) rebus fictis et adumbratis loci plurimum est; Lae 97.

rem publicam: facilius, ... quam si mihi aliquam (rem publicam), ut apud Platonem Socrates, ipse finxero; R II, 3.

sententias: ut apud Ennium est, »qui sui quaestus causa fictas suscitant sententias«; D I, 88.

sermonem: ficto non modo sermone, sed etiam voltu; O II, 43. his fictus ad ipsorum voluntatem sermo cum adhibetur; Lae 98.

simulacra: ut ad errorem multitudinis religionis simulacra fingerent; D I, 105.

simulationem: in specie .. fictae simulationis, sicut reliquae virtutes, item pietas inesse non potest; N I, 3.

somnia: non nulla (somnia) etiam ficta fortasse; D II, 136.

speciem: ſ. formam; N I, 37.

testes: qui (testes) aut casu veri aut malitia falsi fictique esse possunt; D II, 27.

verba: verba tu fingas? F II, 77. nova verba fingunt, deserunt usitata; F IV, 7. dum res maneant, verba fingant (docti) arbitratu suo; F V, 89.

virum: is .. (vir) animo parumper et cogitatione fingatur; T V, 68. sapientem et bonum virum fingimus; O III, 50.

vocem: ea (lingua) vocem inmoderate profusam fingit et terminat; N II, 149.

voluntates: ſ. mentem.

urbem: quo ille (Plato) Homerum ... emittit ex ea urbe, quam sibi ipse fingit; R IV, 5.

vultum: cum mentis, a qua is (voltus) fingitur, nulla fieret mutatio; T III, 31. ſ. incessum. mentem. sermonem; O II, 43.

IV. **mit doppeltem Accusativ:** alqm: finge non solum callidum eum, ... verum etiam praepotentem; F II, 57. Polyphemum Homerus cum inmanem ferumque finxisset; T V, 115. Nioba fingitur lapidea propter aeternum, credo, in luctu silentium; T III, 63. praepotentem: ſ. callidum. quem (augurem Tiresiam) sapientem fingunt poëtae; T V, 115.

alqd: quod (Stoici) ea non occurrentia fingunt, vincunt Aristonem; F IV, 43.

animum: Plato triplicem finxit animum; T I, 20.

augurem: ſ. alqm; T V, 115.

deum: ut homunculi similem deum (Epicurus) fingeret, liniamentis dumtaxat extremis, non habitu solido; N I, 123.

providentiam: ab iis (Stoicis) providentiam fingi quasi quandam deam singularem; N II, 73.

virum: non oportet timidum aut imbecillo animo fingi non bonum illum virum, ... sed .. callide referentem ..; F II, 53.

finio, begrenzen, beschränken, bestimmen: I, 1. unpersönlich: »sic fuit utilius finiri ipsique tibique«; T I, 115.

2. orbes: qui (orbes) a Graecis ὁρίζοντες nominantur, a nobis „finientes“ rectissume nominari possunt; D II, 92.

II. alqd: „quod finitum est“, inquit (Epicurus), „|| id || habet extremum“; D II, 103.

annum: ab hominum genere finitus est dies, mensis, annus; N II, 153.

artus: (ossa) commissuras habent et ad stabilitatem aptas et ad artus finiendos || fingendos || adcommodatas; N II, 139.

bonum: quorum omne bonum convenientia atque oportunitate finitur; F III, 46. qui ... adiungunt ei (virtuti) .. aliquid summo in bono finiendo; F IV: 51.

cupiditatem: ſ. **cupiditas,** II, 1. finio (5 St.) B. I, S. 586, b.

cursus: »ad eam rem, rationem || ratione || cursus annuos sacerdotes finiunto;« L II, 20.

diem: huic (Socrati), sive quid fecerit sive non fecerit, finitus est moriendi dies; Fa 30. ſ. annum.

dolores: ut (animus) meminerit maximos (dolores) morte finiri; F I, 49.

genus: hoc .. sphaerae genus ... in illa sphaera solida non potuisse finiri; R I, 22.

labores: »qui labores morte finisset gravis;« T I, 115.

linguam: in ore sita lingua est finita dentibus; N II, 149.

luctum: »quo magis est aequum ... luctum lacrimis finire diurnis«; T III, 65.
magnitudinem: dicunt .. voluptatis magnitudinem doloris detractione finiri; O III, 108.
mensem: s. annum.
modum: sepulchris ... novis finivit modum; L II, 66.
mortem; »mors .. est finita omnibus, quae generi humano angorem nequicquam adferunt«; T III, 59.
motus: cum vidissent motus eius (mundi) finitos et aequabiles; N II, 90.
tempus: maiorem voluptatem ..., quam ex hoc (tempore) percipiatur, quod videamus esse finitum; F I, 63. negat infinito tempore aetatis voluptatem fieri maiorem quam finito atque modico; F II, 88.

finis, Ende, Grenze, Höchste, Zweck, Ziel; I. **absolut:** 1. consequuntur: s. est; F II, 34.
consistit: in ea .. expletione naturae summi boni finem consistere; F V, 40.
crescit: qui illum bonorum finem, quod appellamus extremum, quod ultimum, crescere putent posse; F III, 48. qui crescere bonorum finem non putamus; F III, 48.
debet: s. est; O III, 119.
declarat: s. est; F IV, 14.
est: duo esse haec maxima in philosophia, iudicium veri et finem bonorum; A II, 29. iam illud perspicuum est, omnibus his finibus bonorum, quos exposui, malorum fines esse contrarios; A II, 132. quod his libris quaeritur, qui sit finis, quid extremum, quid ultimum; F I, 11. nisi contulerimus inter nos, cum finem bonorum dixerimus, quid finis, quid etiam sit ipsum bonum; F II, 4. hunc ipsum sive finem sive extremum sive ultimum definiebas id esse, quo omnia ... referrentur; F II, 5. si ea ... (luxuriosos) docerent .., qui essent fines cupiditatum; F II, 21. his omnibus, quos dixi, consequentes sunt fines bonorum; F II, 34. ita tres sunt fines expertes honestatis, unus Aristippi vel Epicuri, alter Hieronymi, Carneadi tertius, tres, in quibus honestas cum aliqua accessione, Polemonis, Calliphontis, Diodori, una simplex, cuius Zeno auctor, posita in decore tota, id est in honestate; F II, 35. cum sit is bonorum finis, quem Stoici dicunt; F III, 45. qui sit .. finis bonorum, mox; F IV, 5. hunc ipsum Zenonis aiunt esse finem, declarantem illud, quod a te dictum est, convenienter naturae vivere; F IV, 14. cum omnium artium finis is esset, quem natura maxime quaereret, F IV, 19. illi animo non esset hic vester finis; F IV, 27. sit in una virtute finis bonorum; F IV, 41. necesse est finem .. omnium (animantium) hunc esse, ut ‖ut sua cuiusque‖ natura expleatur; F V, 25. ut necesse sit omnium rerum, quae natura vigeant, similem esse finem, non eundem; F V, 26. ita similis erit ei (viti) finis boni, atque antea fuerat, neque idem tamen; F V, 40. esset .. miseriae finis in morte; T I, 9. mors si est misera, finis esse nullus potest; T I, 100. fore aliquando finem huius lucis; T II, 10. illud .. sic habeto, nisi sanatus animus sit, ... finem miseriarum nullum fore; T III, 13. qui sit finis bonorum; O III, 52. sit iam huius loci finis; O III, 115. nec vero finis bonorum [et malorum], qui simplex esse debet, ex dissimillimis rebus misceri et temperari potest; O III, 119. vivendi est finis optimus, cum ... opus ipsa suum ... natura dissolvit; C 72. constituendi .. sunt, qui sint in amicitia fines et quasi termini diligendi ‖deligendi, al.‖; Lae 56.
exsistit: ita finis bonorum exsistit secundum naturam vivere sic affectum; F V, 24.
potest: s. crescit. est; T I, 100. O III, 119. — II, 1. cognosco; T IV, 82. invenio; F I, 46.
videtur: communis haec ratio et utrisque hic bonorum finis videbatur; A I, 22.
ohne Verb: tertius .. ille finis deterrumus, ut, quanti quisque se ipse faciat, tanti fiat ab amicis; Lae 59.
2. sum: constituebant .. extremum esse rerum expetendarum et finem bonorum adeptum esse omnia; A I, 19. quaestionis .. finis (est) inventio; A II, 26. alii voluptatem finem esse voluerunt; A II, 131. voluptatem .. et honestatem finis ‖finem‖ esse Callipho censuit; A II, 131. honeste .. vivere, quod ducatur a conciliatione naturae, Zeno statuit finem esse bonorum; A II, 131. aut .. honestatem esse finem (bonorum) aut voluptatem aut utrumque; A II, 138. qui finem rerum expetendarum voluptatem esse dicat; F II, 6. augendae voluptatis finis est doloris omnis amotio; F II, 9. qui vacuitatem doloris finem bonorum esse voluerunt; F III, 2. si hoc fingamus esse quasi finem et ultimum; F III, 54. qui finem bonorum esse dixerunt honeste vivere; F IV, 43. honeste .. vivere (esse) bonorum finem; F IV, 45. vitae miserae mors finis esse videtur; T I, 100. qui finem bonorum voluptatem esse dixerit; T V, 26. qui (Stoici) cum finem bonorum esse senserint congruere naturae cumque ea convenienter vivere; T V, 82. cuius (domus) finis est usus; O I, 138.
videor: teneo ... finem illi (Hieronymo) videri nihil dolere; F II, 8.
II. **nach Verben:** 1. adfero: Paulus tantum in aerarium pecuniae invexit, ut unius imperatoris praeda finem attulerit tributorum; O II, 76.
apiscor: ad finem bonorum (labebar), quo referuntur et quoius apiscendi causa sunt facienda omnia; L I, 52.
appello: s. I, 1. crescit.
cognosco: cognitis .. rerum finibus; F V, 15. cognitis, quoad possunt ab homine cognosci, bonorum et malorum finibus; T IV, 82.
demigro ab: mortemne mihi minitaris, ut omnino ab hominibus, an exilium, ut ab inprobis demigrandum sit? P 18.
mereor de: causa non fuit, cur (deus) de inprobis bene mereretur; N I, 23.
quaero de: ſ. I. curat.
sum inter: ſ. I. possunt.
venio ad: a quo .. rei familiaris ad paucos, cupiditatum ad multos inprobos venit hereditas; O II, 28.
III. amicus: ſ. I. possunt.
IV. alqs: ſ. I. appetunt.
consensio: talis inproborum consensio non modo excusatione amicitiae tegenda non est, sed potius supplicio omni vindicanda est; Lae 43.
consensus: omitto nobilitatem famamque popularem stultorum inproborumque consensu excitatam; T V, 46.
facta: plerumque improborum facta primo suspicio insequitur, dein sermo atque fama, tum accusator, tum index || iudex ||; F I, 50.
ignominia: qua (oratione animus) ... facta .. et consulta fortium et sapientium cum improborum ignominia sempiternis monumentis prodere (possit); L I, 62.
laetitia: maiorem .. laetitiam ex desiderio bonorum percepimus quam ex laetitia improborum dolorem; R I, 7.
prosperitates, res: inproborum .. prosperitates secundaeque res redarguunt ... vim omnem deorum ac potestatem; N III, 88.
vita: neque inter eorum vitam et improbissimorum quicquam omnino interesse; F IV, 21.
V. ab: quom vir nemo bonus ab inprobo se donari velit; L II, 41. in quod invadi solere ab inprobis et invidis audio; O I, 77. lacerari: ſ. II, 2. pareo.

improvidus (inp.), arglos, unvorsichtig: aetas: iis .. (Dionysius) se adulescens inprovida aetate inretierat erratis; T V, 62.
senes: haec .. etiam in fabulis stultissima persona est inprovidorum et credulorum senum; Lae 100.

improviso (inp.), unvermutet: evenio: cum mihi nihil inproviso ... pro tantis meis factis evenisset; R I, 7.
inrumpo: inproviso eos (Syracusanos) in castra inrupisse; D I, 50.
offero: »di rem tantam || sed in re tanta || haud temere inproviso offerunt«; D I, 45.
opprimo: cum .. tyrannum Nicoclem improviso oppressisset; O II, 81.

improvisus (inp.), unvorhergesehen, unvermutet: A. alqd: quod efficiat multa improvisa et necopinata nobis propter obscuritatem ignorationemque causarum; A I, 29. id .. non dubium, quin omnia, quae mala putentur, sint inprovisa graviora; T III, 30. qui (sapiens) semper animo sic excubat, ut ei nihil inprovisum accidere possit, nihil inopinatum; T IV, 37. quid est, quod tantam gravitatem constantiamque perturbet? an inprovisum aliquid aut repentinum? T IV, 57.
B. de: »de inproviso Chrysis ubi me aspexerit;« T IV, 67.

imprudens (inp.), ahnungslos, unabsichtlich, unvermutet, unvorsichtig, unklug: alqs: ita (Philo) imprudens eo, quo minime volt, revolvitur; A II, 18. qua (definitione) tu etiam imprudens utebare non numquam; F II, 5. velle aliquem imprudentem super eam (aspidem) assidere; F II, 59. quorum etiamsi inprudentes (Aegyptii) quippiam fecerint; T V, 78. qui (Ti. Gracchus) cum tabernaculum vitio cepisset inprudens; D I, 33. si inprudentes (laedunt), neglegentiae est, si scientes, temeritatis; O II, 68. in eam (plagam) aliquis incurrat inprudens? O III, 68.
imbecillitas: in altum .. (imbecillitas) provehitur imprudens; T IV, 42.
sapiens: si sapiens adulterinos nummos acceperit inprudens pro bonis; O III, 91.
Voluptas: ut (Voluptas) caveret, ne quid faceret imprudens, quod ..; F II, 69.

imprudenter, unwissend, aus Unwissenheit: illud imprudenter, si alios esse Academicos † qui dum appellantur || tum appellarentur, al. ||, alios Peripateticos arbitrantur; A I, 22.

imprudentia (inp.), Unabsichtlichkeit, Unbesonnenheit: adicio: quo ne inprudentiam quidem oculorum adici fas fuit; L II, 36.
expio, libero: publicus .. sacerdos inprudentiam consilio expiatam metu liberet; L II, 37.

impudens (inp.), unverschämt, schamlos: alqs: utrum .. nos impudentes ... an illi adrogantes? A II, 115. impudentes sumus, qui, cum || quod || tam perspicuum sit, non concedamus; D II, 109.
alqd: Tarquinio .. quid inpudentius? T III, 27. Metrodori ... multa inpudentiora recitabat; N I, 113. qui (Epicurei) ..., cum id pudet, illud tamen dicunt, quod est inpudentius; Fa 37.
harioli: (sunt ii) »superstitiosi vates inpudentesque harioli«; D I, 132.
intemperantia: quod ... senectus ... facit adulescentium inpudentiorem intemperantiam; O I, 123.
luctus: est .. inpudens luctus maerore se conficientis, quod imperare non liceat liberis; T III, 26.
negotium: audax negotium, dicerem impudens; F II, 1.
voluptas: (voluptas) sit impudens; F III, 1.

impudenter (inp.), unverschämt, schamlos: dico: terrae motum dixit futurum. parum, credo, inpudenter; D II, 31.
postulo: quae tu vide ne impudenter etiam postules, non solum adroganter; A II, 126.
resisto: ut satius fuerit illud ipsum, de quo ambigebatur, concedere quam tam inpudenter resistere; N I, 69.
rogo: si irascamur aut intempestive accedentibus aut inpudenter rogantibus; O I, 88.
volo: plerique perverse, ne dicam inpudenter, habere talem amicum || tal. am. hab., al. || volunt, quales ipsi esse non possunt; Lae 82.

impudentia (inp.), Unverschämtheit, Schamlosigkeit: I. ohne Verb: in orationibus .. multa, sed inepta elatio, summa inpudentia || † multas ineptus datio summam inpudentiam ||; L I, 7.
II. condemno: condemnemus, inquam, hos aut stultitiae aut vanitatis aut inpudentiae; D I, 36.
III, 1. exsuperare: »quis homo te exsuperavit usquam gentium inpudentia«? T IV, 77.
2. cum: ut ... multa .. facere inpure atque taetre cum temeritate et inpudentia (videatur); D I, 60.

impulsio (inp.), Einwirkung, Antrieb: I. appello, al.: quos (sensus) iunctos esse censuit

e quadam quasi impulsione oblata extrinsecus, quam ille φαντασίαν, nos visum appellemus licet; A I, 40. f. II.

II. vis: aliam .. quandam vim motus (atomi) habebant a Democrito inpulsionis, quam plagam ille appellat, a te, Epicure, gravitatis et ponderis; Fa 46.

III. frangi, labefactari: omnis .. coagmentatio corporis vel caloris vel frigoris *vi* || vi cal. vel fr., al. || vel aliqua inpulsione vehementi labefactatur et frangitur; Ti 17.

impulsus (inp.), Antrieb, Anregung: 1. dicere: qui (Proculus Iulius) inpulsu patrum ... in contione dixisse fertur ..; R II, 20.

efficio: hic est .. ille (sonus), qui ... inpulsu et motu ipsorum orbium efficitur; R VI, 19.

exsistere: cuius (irae) inpulsu existit etiam inter fratres tale iurgium; T IV, 77.

fieri: num ... Veneris id inpulsu fieri malumus quam casu dicere? D II, 121.

moveri: quoniam ... is .. ardor non alieno inpulsu, sed sua sponte movetur; N II, 32.

violare: qui ... inpulsu .. libidinum ... deorum et hominum iura violaverunt; R VI, 29.

2. sine: quae (scientia) potest esse etiam sine motu atque inpulsu deorum; D I, 109.

impune (inp.), straflos, ohne Gefahr, ohne Nachteil: facio: optimum est facere (iniuriam), impune si possis; R III, 23.

fingo: quod in metu et periculo cum creduntur facilius, tum finguntur inpunius; D II, 58.

lucror: cum lucrari inpune posset auri pondo decem; P 21.

nego: poterat .. impune (negare); F II, 55.

occido: ut dictator, quem vellet civium, *indemnatum* aut indicta causa inpune posset occidere; L I, 42.

sum: esse .. quam vellet iniquus (Pompeius) poterat impune; F II, 57.

impunitas (inp.), Straflosigkeit: I. est: tanta est inpunitas garriendi; N I, 108.

II. amitto: vim quaerit, cuius inpunitatem amittit hac lege; L III, 42.

do: inpunitas .. peccatorum data videtur eis, qui ignominiam et infamiam ferunt sine dolore; T IV, 45.

propono: aut occultatione proposita aut impunitate aut || ac || licentia; F II, 73. omni impunitate proposita; F III, 36. si responderint se inpunitate proposita facturos, quod expediat; O III, 39. qui impunitate et ignoratione omnium proposita abstinere possit iniuria; O III, 72.

III. spes: imbecillis || imbecillus || .. est pudoris magister timor, qui si quando paululum aberravit, statim spe impunitatis exultat; fr V, 72.

impunite, ungestraft: improbe feceris, nisi monueris, ne assidat; sed impunite tamen; F II, 59.

impunitus (inp.), ungestraft: nisi .. multorum inpunita scelera tulissemus; O II, 28.

impure (inp.), schändlich, lasterhaft: facio: ut ... multa .. facere inpure atque taetre cum temeritate et inpudentia (videatur); D I, 60.

vivo: quem impure ac flagitiose putet vivere; F III, 38.

impurus (inp.), schändlich, lasterhaft, verworfen: A. alqs: (Carbo) tam periurus aut tam inpurus fuisset? N I, 63.

adversarii: cum inpuris atque inmanibus adversariis decertantem; R I, 9.

belua: quas (strages) ... furor edere potuit inpurae beluae; L III, 22.

dux: deligitur ... dux contra illos principes adflictos iam ... audax, inpurus; R I, 68.

homo: si ita sensit, ut loquitur, est homo impurus; R III, 32.

B. sententia: impuri cuiusdam aut ambitiosi ... esse sententiam; Lae 59.

in (vgl. endo, B. I, S. 810, a), A. **mit Accusativ**: in, in — hinein, nach, auf, gegen, für, zu: I. **nach Verben**: abdo: cur (deus) se contra naturam in terram abdiderat || abdiderit, abdidit || ? D II, 51.

abduco: Xenocrates ... abduxit legatos ad cenam in Academiam; T V, 91.

abicio: quod (Polycrates) anulum ... in mari || mare || abiecerat; F V, 92. quem (Cleombrotum Callimachus) ait ... e muro se in mare abiecisse lecto Platonis libro; T I, 84. qui suas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilem; Lae 32.

accedo: Pittacus omnino accedere quemquam vetat in funus aliorum || alienorum ||; L II, 66. si in opertum Bonae Deae accessisses; P 32.

accipio: ut maiores nostri Tusculanos, Aequos ... in civitatem etiam acceperunt; O I, 35. »in os prius accipiam ipse, quam ..;« T IV, 48.

accommodo: ut iidem versus alias in aliam rem posse accommodari viderentur; D II, 111.

adduco: quod ex infinita societate generis humani ... ita contracta res est et adducta in angustum, ut ..; Lae 20. quid .. necesse est, tamquam meretricem in matronarum coetum, sic voluptatem in virtutum concilium adducere? F II, 12. Carneades tuus ... rem in summum discrimen adduxit; F III, 41. cum me in summam exspectationem adduxeris; T I, 39. qui (Marius) optimum ... civem ... in invidiam falso crimine adduxerit; O III, 79. adducta res in iudicium est; O III, 67. eas (particulas) primum confusas, postea in ordinem adductas mente divina; A II, 118. quicquid erat, ... id .. (deus) ex inordinato in ordinem adduxit; Ti 9.

adfero: eos, qui aut non plus mille quingentos aeris aut omnino nihil in suum || suum in || censum praeter caput attulissent, proletarios nominavit; R II, 40. cotem in comitium allatam ... novacula esse discissam; D I, 32. ille (Cn. Octavius) in suam domum consulatum primus attulit; O I, 138. communes utilitates in medium afferre (debemus); O I, 22. mihi .. multa eximia ... videntur Athenae tuae ... in vitam hominum attulisse; L II, 36.

adficio: eodem modo sapiens erit affectus erga amicum, quo in se ipsum; F I, 68.

adhibeo: qui in auspicium adhibetur; D II, 72. adhibuit sibi in consilium quindecim principes; O II, 82. cum adhibent in pecuda pastores; R IV, 1.

admisceo: ex ea materia, quae individua est, ... et ex ea, quae ... dividua gignitur, tertium materiae genus ex duobus (deus) in medium admiscuit; Ti 21. »ortus ubi atque obitus partem admiscetur in unam«; N II, 108.

admitto: qualis quisque sit, quid agat, quid in se admittat; L II, 15. in quam (domum) et hospites multi recipiendi et admittenda hominum cuiusque modi || generis || multitudo; O I, 139.

adveho: ita sacerdos advecta in fanum; T I, 113.

ago: in crucem qui agitur, beatus esse non potest; F V, 84. si (Polycrates) sapiens, ne tum

quidem miser, cum ab Oroete ... in crucem actus est; F V, 92.

animo: ut, quem ad modum (sapientes) sint in se ipsos animati, eodem modo sint erga amicos; F II, 83. ut, quem ad modum in se quisque sit || quisque ||, sic in amicum sit animatus; Lae 57.

arcesso: accersitus in civitatem sum; P 28. a villa in senatum arcessebatur et Curius et ceteri senes; C 56.

arieto: »eius (arietis) germanum cornibus conitier, in me arietare«; D I, 44.

ascendo: f. **ascendo,** I. alqs in (6 St.) B. I, S. 243, b.

ascisco: quo foedere .. Sabinos in civitatem adscivit sacris communicatis; R II, 13. adscivit eos (Latinos) in civitatem; R II, 33.

averto: quod L. Papirius P. Pinarius censores multis dicendis vim armentorum a privatis in publicum averterant; R II, 60.

aufero: velletne Clazomenas in patriam || [in patriam] || ... auferri; T I, 104.

cado: f. **aegritudo,** I, 1. cadit (9 St.) B. I, S. 94, b. **animus,** I, 1. cadit (2 St.) B. I, S. 181, b. **cado** (50 St.) B. I, S. 364, f.

cedo: nimia .. illa libertas et populis et privatis in nimiam servitutem cadit || cedit, al. ||; R I, 68.

cogo: quid est .. se ipsum colligere nisi dissupatas animi partis rursum in suum locum cogere? T IV, 78. (aër) concretus in nubes cogitur; N II, 101.

committo: ut tam in praecipitem locum non debeat se sapiens committere; A II, 68.

commuto: nec magis commutari ex veris in falsa posse ea, quae futura, quam ea, quae facta sunt; Fa 17.

compello: cur eam (orationem) tantas in angustias et Stoicorum || in || dumeta compellimus? A II, 112. cuius (philosophiae) in sinum cum ... nostra voluntas studiumque nos compulisset; T V, 5.

concedo: si (Academicus) in illos aut in istos concesserit; A fr 20 (B. 27). apes in alvarium concesserant || alvearium congesserant ||; fr I, 14.

concludo: artior .. colligatio est societatis propinquorum; ab illa enim inmensa societate humani generis in exiguum angustumque concluditur; O I, 53. ut hoc (ius) civile, quod dicimus, in parvum quendam et angustum locum concludatur; L I, 17.

confero: quom hanc benivolentiam ... vir sapiens in aliquem pari virtute praeditum contulerit; L I, 34. in quem beneficium conferetur; O I, 45. si in eos, quos speramus nobis profuturos, non dubitamus officia conferre; O I, 48. si, ut quisque erit coniunctissimus, ita in eum benignitatis plurimum conferetur; O I, 50. fructus .. ingenii ... tum maxumus capitur, cum in proxumum quemque confertur; Lae 70. quae (officia) meminisse debet is, in quem conlata sunt; Lae 71. conferamus .. in pauca; O III, 118. in actiones omnemque vitam nullam discrepantiam conferre debemus; O I, 111. si (mercatura) ... ex ipso portu se in agros possessionesque contulit; O I, 151. si ... animum quoque contulisti in istam rationem et quasi artem; R I, 37. prius quam Theseus eos (Atticos) ... in astu, quod appellatur, omnis se conferre iussit || iussisset ||; L II, 5. haec (beneficia) tum in universam rem publicam, tum in singulos cives conferuntur; O II, 65. species istas hominum conlatas in deos aut consilio quodam sapientium ... aut superstitione; N I, 77. eas (denicales) in eos dies conferre ius || est ||, ut ..; L II, 55. dierum quinque scholas, ut Graeci appellant, in totidem libros contuli; T I, 8. ne si in unum locum quidem || quidem locum, nec si in un. loc. || conlata omnia (mala) sint; T II, 30. ut (mercatura) saepe ex alto in portum ... se ... contulit; O I, 151. possessiones: f. agros. rationem: f. artem. quod quidam nimis magnum studium ... in res obscuras ... conferunt; O I, 19. ego ... omnis meas curas cogitationesque in eam (rem publicam) conferebam; O II, 2. f. cives. sua .. vitia insipientes et suam culpam in senectutem conferunt; C 14. quia nihil conferunt in eam (vitae societatem) studii; O I, 29. nisi forte eam pecuniam in rei publicae magnum aliquod tempus contulerit; O III, 93. vitam: f. actiones. neque cuncta ingenia conlata in unum tantum posse uno tempore providere, ut ..; R II, 2. se contulisse (Demaratus dicitur) Tarquinios, in urbem Etruriae florentissimam; R II, 34.

confluo: rapide .. dilapsus (Fibrenus) cito in unum confluit; L II, 6.

confugio: f. **confugio** (5 St.) B. I, S. 485, a.

confundo: per quas (vias) lapsus cibus ... in eam venam, quae cava appellatur, confunditur; N II, 137.

congero: f. **congero** (5 St.) B. I, S. 485, b.

conglobo: terra ... solida et globosa et undique ipsa in sese nutibus suis conglobata; N II, 98.

congrego: quae est .. civitas? ... omnisne etiam fugitivorum ac latronum congregata unum in locum multitudo? P 27.

conicio: (Scipio) convertit se in porticu et coniecit in medium Laelium; R I, 18. in hunc oculi omnium coniciuntur; O II, 44. existimare debes omnium oculos in te esse coniectos unum; Lae 6. (Theramenes) coniectus in carcerem triginta iussu tyrannorum; T I, 96. (P. Vatinius) in carcerem coniectus est; N II, 6. ut fere nos in Consolatione omnia in consolationem unam coniecimus; T III, 76. haec etiam in eculeum coiciuntur; T V, 13 (12). te mirificam in latebram coniecisti; D II, 46. ego tibi illa ipsa ... ludens conieci in communes locos; P 3. se interfectum in plaustrum a caupone | cop. | esse coniectum; D I, 57. gubernatores cum exsultantis lolligines viderunt aut delphinos se in portum conicientes; D II, 145. quod (Pericles) tantam pecuniam in praeclara illa propylaea coniecerit; O II, 60. quam legem (Solonis) eisdem prope verbis nostri decemviri in decimam tabulam coniecerunt; L II, 64. etsi quinquennio ante D. || Decimum || Brutum et P. Scipionem consules ... C. Curiatius in vincula coniecit; L III, 20.

conligo: cum multa in conventu vitia conlegisset in eum (Socratem) Zopyrus; T IV, 80.

conloco: cum (Caecilia Metelli) vellet sororis suae filiam in matrimonium conlocare; D I, 104.

contendo: Platonem ... primum in Aegyptum discendi causa, post in Italiam et in Siciliam contendisse; R I, 16.

contorqueo: ut quosdam ... amnes .. in alium cursum contortos et deflexos videmus; D I, 38.

convenio: nec .. hoc in te convenit, unum || unum convenit, * || moribus domesticis ... limatum, sed cum in reliquos vestros, tum in eum maxime; N II, 74. totam .. brevi tempore in eum locum Etruriam convenisse; D II, 50. uno in loco || unum in locum || omnes adversariorum copiae convenissent; D II, 52. in eam (rem) quae conveniunt, congerunt omnia; T V, 18.

converto: in te unum atque in tuum nomen se tota convertet civitas; R VI, 12. omnia nimia ... in contraria fere convertuntur; R I, 68.

utrum ex homine se convertat quis in beluam an ..; O III, 82. Hecubam ... in canem esse conversam; T III, 63. si omnium pecudum exta eodem tempore in eundem habitum se coloremque converterent; D II, 30. falsum: f. **converto,** I. (4 St.) B. 1, S. 543, a. si nemo est, quin emori malit quam converti in aliquam figuram bestiae; R IV, 1. si homines rationem ... in fraudem malitiamque convertunt; N III, 78. ut ... unius .. vitio genus rei publicae ex bono in deterrumum conversum sit; R II, 47. habitum: f. colorem. cavendum vero, ne etiam in graves inimicitias convertant se amicitiae; Lae 78. licet ... in Latinum illa convertere; T III, 29. quem (librum) nos ... e Graeco in Latinum convertimus; O II, 87. malitiam: f. fraudem. omnia haec tum intereunt, cum in naturam aliam convertuntur; N III, 31. nomen: f. alqm. in eadem sunt iniustitia, ut si in suam rem aliena convertant; O I, 42. sola .. sapientia in se tota conversa est; F III, 24. quod .. illa prima (genera) facile in contraria vitia convertuntur; R I, 69.

convoco: ille (Epicurus) convocata de hortulis in auxilium quasi Liber || libera || turba temulentorum ... instat; A fr 20 (B. 20). Gellium ... Atheuis philosophos ... in locum unum convocasse; L I, 53. tu dissipatos homines in societatem vitae convocasti; T V, 5. discriptus || descr. || ... populus ... plus adhibet ad suffragium consilii quam fuse in tribus convocatus; L III, 44.

correpo: quod cum efficere vultis, in dumeta conrepitis; N I, 68.

decido: quod unius vitio praecipitata (res publica) in perniciosissimam partem facillime decidit; R II, 43. seminane deorum decidisse de caelo putamus in terras? N I, 91.

deduco: cum ... ea contraherent in angustumque deducerent; A I, 38. coloniarum .. quae est deducta a Graiis in Asiam, Thracam, Italiam, Siciliam, Africam praeter unam Magnesiam, quam unda non adluat? R II, 9. quem in locum multis post annis rex Ancus coloniam deduxit; R II, 5. ut omnes bene sanos in viam placatae, ... beatae vitae deduceret; F I, 71. f. **deduco,** II. alqm in (5 St.) B. I, S. 625, a.

defero: quorum (amicorum) de sententia lecticula in curiam (rusticum) esse delatum; D I, 55. qui ... eam .. (custodem urbis) ex nostra domo in ipsius patris domum detulimus; L II, 42. quem cum ex alto ignotas ad terras tempestas et in desertum litus detulisset; R I, 29. deinde (haec) in hunc locum delata sunt; F V, 88.

defigo: f. intendo; A II, 46.

deflecto: f. contorqueo.

defluo: unde haec in terram nisi ab superis defluere potuerunt? N II, 79. ne quid in terram defluat; Lae 58.

delabor: delabitur (Chrysippus) in eas difficultates, ut necessitatem fati confirmet invitus; Fa 39. cum tu ... provectus subito atque delapsus in flumen nusquam apparuisses; D I, 58. cuius (Phalaridis) in similitudinem dominatus unius proclivi cursu et facile delabitur; R I, 44. ut ne ... elati .. voluptate in aliquam turpitudinem delabamur; O I, 104.

deligo: quamquam cum Tatio in regium consilium delegerat principes; R II, 14.

demergo: est .. animus caelestis ex altissimo domicilio depressus et quasi demersus in terram; C 77.

demigro: si ex hac in aliam haud paulo meliorem domum sine mora demigrare (volumus); fr V, 97.

demitto: qui (Dionysius) cum ... equum ipse demisisset in flumen; D I, 73.

depello: haruspices in Tiberim id (caput) depulsum esse dixerunt; D I, 16.

deprimo: vitiis et sceleribus contaminatos deprimi in tenebras ... docuerunt; fr IX, 12. terram: f. demergo.

derigo: cum .. admiraretur Lysander et proceritates arborum et derectos || dir. || in quincuncem ordines; C 59.

derivo: cum (sapiens) ... iustitia nihil in suam domum inde derivet; T V, 72.

descendo: f. **descendo,** II. alqs in. homines. vita (11 St.) B. 1, S. 646, b.

detorqueo: eam .. (coniunctionem), quae erat eiusdem, detorsit a latere in dexteram partem; Ti 25.

detrudo: cum speculorum levitas ... ita dextera detrusit in laevam partem oculorum laevaque in dexteram; Ti 49.

deveho: qui (lucus Vestae) a Palatii radice in novam viam devexus est; D I, 101.

deverto: quicumque Laciades in villam suam devertisset; O II, 64.

dico: eadem in veteres Academicos Peripateticosque dicenda; A II, 132. vide, ne (haruspices) in eum dixerint, qui rogator centuriae fuisset; D II, 75. cum res ipsa admonuerit, ut in eos dicamus, qui ..; R II, 48. quod apud Platonem est in philosophos dictum; O I, 28. quod item ad contrariam laudem in virtute || virtutem || dici potest; L I, 51.

diduco: coniectura omnis ... ingeniis hominum in multas aut diversas aut etiam contrarias partis saepe diducitur; D II, 55.

differo: reliqua ... differamus in crastinum; R II, 70. Zenonis ... conclusiones in eam partem sermonis, quam modo dixi, differemus; N III, 18. quae .. eorum (siderum) sit conlocatio, in sermonem alium differendum est; Ti 30. in aliud tempus ea quaestio differatur; F V, 45. ut, si quam habent ulciscendi vim, differant in tempus aliud; T IV, 78. tertium et quartum ... puto esse in aliud tempus differenda; N II, 3. quarum (rerum) consolatio et maior est et in aliud tempus differenda; C 1.

diffundo: est .. vera lex recta ratio naturae congruens, diffusa in omnes, constans, sempiterna; R III, 33. eo .. modo ex his partibus ... sanguis per venas in omne corpus diffunditur; N II, 138. cum rerum natura tanta tamque praeclara in omnes partes motusque diffusa; D II, 29.

dilato: haec lex dilatata in ordinem cunctum coangustari etiam potest; L III, 32.

dimitto: quod multas navis in omnem oram maritimam dimisisset; T V, 40.

dirigo: f. derigo.

discedo: animus ... in ea profecto loca discessit, quo ..; C 84.

discribo: habuit plebem in clientelas principum discriptam || descr. ||; R II, 16. quamquam ... populum ... in tribus tris curiasque triginta discripserat || descr. ||; R II, 14. »censores ... populi .. partis in tribus discribunto«; L III, 7.

dispertio(r): in singulis .. rebus, quas in minima dispertiunt, volunt efficere ..; A II, 42. iuris consulti ... saepe, quod positum est in una cognitione, id in infinitam dispertiuntur; L II, 47. haec Graeci in singulas scholas et in singulos libros dispertiunt; T III, 81.

distinguo: incidit has (voces) et distinxit in partis; R III, 3.

distraho: sic distrahuntur in contrarias partis

impotentium cupiditates; T V, 60. in quo considerando saepe animi in contrarias sententias distrahuntur; O I, 9.

distribuo: relicuum populum distribuit in quinque classis; R II, 39. a corde .. in totum corpus (cibus) distribuitur per venas; N II, 137. in tres .. partes et a plerisque et a vobismet ipsis distributa sapientia est; A II, 116. cum videmus ... in eodem orbe in duodecim partes distributo quinque stellas ferri; T I, 68. ita ... (ratio) in quinque partes distribui debere reperitur; O I, 10. quarta parte, quae erat reliqua, in regiones ‖ reliqua in regione ‖ distributa; D I, 31.

divido: in alqd: ſ. partes; A II, 42. iidem .. diviserunt naturam hominis in animum et corpus; F IV, 16. cum .. omnis populi Romani religio in sacra et in auspicia divisa sit; N III, 5. ut facile ... omnia ... in reliquum corpus dividantur; N II, 136. depulso .. de pectore et in omne corpus diviso et mitificato cibo; D II, 57. ſ. animum. in quos (locos) honesti naturam vimque divisimus; O I, 18. ea .. ab iis in naturam et ‖ in ‖ mores dividebantur; A I, 20. dividunt .. in partes, et eas quidem magnas, primum in sensus, deinde in ea, quae ducuntur a sensibus; A II, 42. totam philosophiam tris in partis diviserunt; F IV, 4. quod .. est definitioni adiunctum, ut res in partes dividatur; F IV, 8. qui animum in duas partes dividunt; T IV, 10. omnino dividunt nostri totam istam de dis inmortalibus quaestionem in partis quattuor; N II, 3. eam .. disputationem tris in partes nostri fere dividunt; N II, 75. quoniam quattuor in partes totam quaestionem divisisti; N III, 20. cum .. in quattuor partis vineam divisisset; D I, 31. caelum in sedecim partis diviserunt Etrusci; D II, 42. tota illius ratio tribunatus divisit populum unum in duas partis; R I, 31. divisus (Fibrenus) aequaliter in duas partes latera haec adluit; L II, 6. interiorem .. (coniunctionem) eum (deus) in sex partis divisisset; Ti 25. de natura ... ita dicebant ‖ docebant ‖, ut eam dividerent in res duas; A I, 24. sacra: ſ. auspicia. sensus: ſ. partes; A II, 42.

do: »nec (pater) sese dedit in conspectum corde cupitus«; D I, 41. in quam exercitationem ita nos studiose ‖ operam ‖ dedimus, ut ..; T I, 7. quamquam ‖ enim ‖, quod praesens tamquam in manum datur, iucundius est; O II, 60. illud Accii: »probae etsi in segetem sunt deteriorem datae fruges, tamen ipsae suapte natura enitent; T II, 13. dabit .. se in tormenta vita beata; T V, 80.

dominor: si (senectus) usque ad ultimum spiritum dominatur in suos; C 38.

duco: duxerat .. consul ille in Aetoliam ... Ennium; T I, 3. qui (nervi) ... in corpus omne ducuntur; N II, 139. homines secundis rebus ecfrenatos ... tamquam in gyrum rationis et doctrinae duci oportere; O I, 90. quae (coniectura) in varias partis duci possit, non numquam etiam in contrarias; D II, 147. in qua (oratione Cato) obiecit ut probrum M. Nobiliori, quod is in provinciam poëtas duxisset; T I, 3. quae spiritu in pulmones anima ducitur; N II, 138.

edo: »ubi esset aliquis in lucem editus;« T I, 115. simul atque editi in lucem et suscepti sumus; T III, 2. cuius muneris colendi efficiendique causa nati et in lucem editi simus; L I, 16.

educo: ut in expeditionem exercitum educeret; D I, 72. cum in expeditionem ‖ exercitum ‖ educturus esset; D II, 65.

effero: quamvis eam (amicitiam) Epicurus ... in caelum efferat laudibus; F II, 80. quorum non corpora sunt in caelum elata; R III, 40.

eicio: tot legibus eiectus in exilium; P 32.

emancipo: quem (filium) in adoptionem D. Silano emancipaverat; F I, 24.

eo: beatam .. vitam ... conantem ire in eculeum retinet ipsa prudentia ‖ [ipsa prudentia] ‖; T V, 14.

erumpo: erumpunt saepe vitia amicorum tum in ipsos amicos, tum in alienos; Lae 76.

escendo: ſ. **escendo** (4 St.) B. I, S. 828, b.

evado: si ... ex illis abditis sedibus evadere in haec loca ... atque exire potuissent; N II, 95.

exacuo: nisi mucronem aliquem tribunicium exacuisset in nos; L III, 21.

excedo: ille ... vir sapiens laetus ex his tenebris in lucem illam excesserit; T I, 74. cum, ut Herculi contigit, mortali corpore cremato in lucem animus excesserit; D I, 47.

excutio: posse ex iis (formis litterarum) in terram excussis annales Ennii ... effici; N II, 93.

exeo: (consobrini, sobrini) in alias domos tamquam in colonias exeunt; O I, 54. loca: ſ. evado. Caeciliam Metelli ... exisse in quoddam sacellum ominis capiendi causa; D I, 104. Herculem ... exisse in solitudinem; O I, 118.

exigo: exacti in exilium innocentes; R I, 62.

expello: qui (Themistocles) cum ... propter .. invidiam in exilium expulsus esset; Lae 42.

fero: quodsi in Scythiam aut in Britanniam sphaeram aliquis tulerit hanc; N II, 88. si (Tib. Gracchus) te in Capitolium faces ferre vellet; Lae 37. in privatos homines leges ferri noluerunt; id est enim privilegium; L III, 44. ut illae (partes) superiores in medium locum mundi gravitate ferantur et pondere, sic ..; T I, 40. si atomi ferrentur in locum inferiorem suopte pondere; N I, 69. quae .. in medium locum mundi et quae a medio in superum ... feruntur; N II, 84. ut ... terrena et umida (corpora) ... ad paris angulos in terram et in mare ferantur; T I, 40. haec aut pondere deorsum aut levitate [in] sublime ferri; N II, 44. qui (sonus) natura [in] sublime fertur; N II, 141. in eam (tellurem) feruntur omnia nutu suo pondera; R VI, 17. terram: ſ. mare.

fluo: si lacus Albanus redundasset isque in mare fluxisset; D II, 69. ut ... flumina .. in contrarias partes fluxerint; D I, 78.

fugio: qui (Salinator) amisso oppido fugerat in arcem ‖ fuerat in arce ‖; C 11.

fundo: aër ... in omnes partes se ipse fundit; N II, 117. ne (vitis) silvescat sarmentis et in omnes partes nimia fundatur; C 52. iustitia, ut ipsa fundet se usu ‖ se fundet [usu] ‖ in ceteras virtutes, sic illas expetet; F V, 66.

iacio: »iace, obsecro, in me vim coruscam fulminis!« T II, 21. iactam et inmissam a te nefariam in me iniuriam semper duxi; P 28. quid .. (Iuppiter) proficit, cum in medium mare fulmen iecit? quid, cum in altissimos montis ...? quid, cum in desertas solitudines? quid, cum in earum gentium oras, in quibus haec ne observantur quidem? D II, 45.

immergo: illi (ambitus) in flumen inmersi neque tenebant neque tenebantur; Ti 48.

immigro: cum repente (animus) in tam insolitum ... domicilium inmigravit; T I, 58.

immitto: in alqm: ſ. iacio; P 28. quae (vis) patrem Decium, quae filium devota vita inmisit in armatas hostium copias? P 12. qui (Codrus) se in medios inmisit hostis veste famulari ‖ [qui ... famulari] ‖; T I, 116. imperatorem equo incitato se in hostem inmittentem; N III, 15. quas

(perturbationes) in vitam hominum stultitia quasi quasdam furias inmittit atque incitat; T III, 25.
impello: qui ... in fraudem obsequio inpellitur; Lae 89.
impono: ita quasi in currum universitatis (animos) inposuit; Ti 43. iste chorus virtutum in eculeum impositus; T V, 13. qui (Critolaus) cum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis et externa; T V, 51. ut .. necesse est lancem in libram ‖ libra ‖ ponderibus impositis deprimi, sic ..; A II, 38. Metellum .. .. multi filii filiae, nepotes neptes in rogum inposuerunt; T I, 85. ea (mulier) laeta prosequentibus suis una cum viro in rogum imponitur; T V, 78.
importo: Poeni ... inexplebiles cupiditates omnium rerum inportaverunt in Graeciam; R III, fr 3.
imprimo: cum visa in animos ‖ animis ‖ imprimantur; A II, 58.
incido: f. **incido** (48 St.).
incito: si ... tribunicia .. vis in me populum, sicut Gracchus in Laenatem, Saturninus in Metellum, incitasset; L III, 26. vel morbo in omnes vel repentino quodam quasi vento impetu animi incitati; O I, 49. vitam: f. immitto in vitam.
inclino: inclinato iam in postmeridianum tempus die; T III, 7.
includo: in carcerem quodam modo ipse se (Dionysius) incluserat; T V, 58. quam (opinationem) in omnis definitiones superiores inclusimus; T IV, 15. physica ratio non inelegans inclusa est in impias fabulas; N II, 64.
incumbo: incubuit .. in eas disputationes, ut ..; A II, 77.
incurro: f. **incurro** (19 St.).
induco: rem perniciosissimam in civitatem inducunt, seditionem; O I, 85. ut amici iacentem animum excitet inducatque *in* spem cogitationemque meliorem; Lae 59. induxit (natura) in ea, quae inerant, tamquam elementa virtutis; F V, 59. est scientem in errorem alterum inducere; O III, 55 (54). quae te ... ratio in istam spem induxit, ut ..? O II, 53. f. cogitationem.
induo: Philo ... in id ipsum se induit, quod timebat; A II, 18. cur .. vos induitis in eas captiones, quas numquam explicetis? D II, 41. cum .. (anhelitus terrae) se in nubem induerint; D II, 44.
infero: quamcumque in domum stuprum (homines) intulerint; P 23. (Dionysius) in † typanidis ‖ [tyrannidis] ‖ rogum inlatus est; N III, 84. qui in sacrificium cogitatam libidinem intulit; L II, 36. hoc est in tenebras extinctum lumen inferre; fr V, 99.
infigo: in imagines: f. intendo; N I, 49. cum ... gladium .. hosti in pectus infixerit; T IV, 50.
inflecto: simul atque .. se inflexit hic rex in dominatum iniustiorem; R II, 48.
influo: ut ... in amnes mare influxerit; D I, 78. nihil tam facile in animos teneros ... influere quam varios canendi sonos; L II, 38. ut in universorum animos tamquam influere possimus; O II, 31. quibus blanditiis C. Papirius nuper influebat in auris ‖ aures ‖ contionis! Lae 96. quod urbem perennis amnis ... et in mare late influentis posuit in ripa; R II, 10. qui (Hypanis fluvius) ab Europae parte in Pontum influit; T I, 94. in quem (ventriculum cordis) sanguis a iecore per venam illam cavam influit; N II, 138. influxit .. non tenuis quidam e Graecia rivulus in hanc urbem; R II, 34.
infundo: quod (vitiosi principes) ... vitia ... infundunt in civitatem; L III, 32. portus usque in sinus oppidi et ad urbis crepidines infusi; R III, 43. quo tamquam in aliquod vas ea, quae meminimus, infundantur; T I, 61.
ingredior: ingrediar in ea, quae nota sunt omnibus; R I, 70. ingrediar in disputationem ea lege, qua ..; R I, 38. decebit ingredi in sermonem; R I, 38.
inicio: in quam (magnitudinem regionum) se iniciens animus et intendens; N I, 54. »quem sanari, quem in morbum inici (velit)«; T IV, 68. prius quam in os iniecta gleba est; L II, 57.
inlabor: quam sensim pernicies inlapsa *in* civium animos ... totas civitates everteret; L II, 39.
inlicio: »qui non sat habuit coniugem inlexe in stuprum«; N III, 68.
inligo: cum Archimedes lunae, solis, quinque errantium motus in sphaeram inligavit; T I, 63.
innato: cum pisciculi parvi in concham hiantem innataverunt; N II, 123.
inquiro: in eum, quid agat ..., inquiritur; O II, 44. ne nimis diligenter inquiras in ea; L I, 4.
inrepo: ut, si (vir bonus) digitis concrepuerit, possit in locupletium testamenta nomen eius inrepere; O III, 75.
inrumpo: atrocitas .. ista tua quo modo in veterem Academiam inruperit, nescio; A II, 136. (P. Decius) in aciem Latinorum inrupit armatus; D I, 51. imagines extrinsecus in animos nostros per corpus inrumpere? A II, 125. inproviso eos (Syracusanos) in castra inrupisse; D I, 50.
inruo: cum (P. Decius) ... in mediam aciem Latinorum irruebat; F II, 61. cum (Decii) in aciem eorum (hostium) inruebant; T II, 59. cum in mala scientes irruunt; F V, 29.
inscendo: cum (Callanus) inscenderet in rogum ardentem; D I, 47.
insinuo: si Zeno Citieus ... insinuasse se in antiquam philosophiam videtur; T V, 34.
insulto: (convenit in) hominem sine arte, sine litteris, insultantem in omnes; N II, 74.
intendo: quod parum defigunt animos et intendunt in ea, quae perspicua sunt; A II, 46. ut in haec intenta mens nostra beatam illam naturam ... putet; N I, 105. in eas imagines mentem intentam infixamque nostram intellegentiam capere, quae sit ..; N I, 49. magnitudinem: f. inicio; N I, 54. idem ita acrem in omnis partis aciem intendit, ut ..; T IV, 38.
intereo: (quae materia possit) interire, non in nihilum, sed in suas partes; A I, 27.
intro: nisi animus, ante quam in corpus intravisset, in rerum cognitione viguisset; T I, 57. intrandum .. est in rerum naturam; F V, 44.
introduco: et (philosophiam) in urbibus conlocavit et in domus etiam introduxit; T V, 10. qui (haruspices) recentibus comitiis in senatum introducti; D I, 33. quos (haruspices) cum Ti. Gracchus ... in senatum introduxisset; D II, 74. nos .. consules introduximus paene in urbem currum clarissimi viri; A II, 3.
introspicio: tute introspice in mentem tuam ipse; F II, 118.
intueor: dum ... tu .. in ea intuens te continebis; T II, 31. quicumque intueatur in aliquod maius malum; T III, 28. quot .. et quales animalium formas mens in speciem rerum intuens poterat cernere; Ti 34.
invado: de L. Bruto fortasse dubitarim, an ... ecfrenatius in Arruntem invaserit; T IV, 50. in quod (platalea) ipsa invaderet; N II, 124. si (Academia) invaserit in haec; L I, 39.

in quod invadi solere ab inprobis et invidis audio; O I, 77. (avis) fame enecta si in offam pultis invadit || invasit ||; D II, 73. si in eam (philosophiam) ... conetur invadere; T II, 4. modo .. hoc malum in hanc rem publicam invasit; O II, 75. negat .. (Panaetius) ullam pestem maiorem in vitam hominum invasisse quam eorum opinionem; O III, 34.

inveho: Aeschines in Demosthenem invehitur, quod ..; T III, 63. quia Carneades lubenter in Stoicos invehebatur; N II, 162. acerbius in aliquem invehi; Lae 57. Paulus tantum in aerarium pecuniae invexit, ut ..; O II, 76. cum eris curru in Capitolium invectus; R VI, 11. in quam (Mesopotamiam Euphrates) quot annos quasi novos agros invehit; N II, 130. vehementius ... tu .. invectus es in eam Stoicorum rationem; N III, 94.

inverto: idem (Gyges) rursus videbatur, cum in locum anulum inverterat; O III, 38.

invito: simul ad cenam hominem in hortos invitavit in posterum diem; O III, 58.

iuratus: se in legem Voconiam iuratum contra eam facere non audere; F II, 55.

meditor: eius (Atrei) qui meditatur poenam in fratrem novam; T IV, 77.

mergo: qui (P. Claudius) ... mergi eos (pullos) in aquam iussit; N II, 7.

migro: video te ... velle in caelum migrare; T I, 82. ut ... in alium quendam locum ex his locis morte migretur; T I, 97.

mitto: quam .. Graecia coloniam misit in Aeoliam, Ioniam, Asiam, Siciliam, Italiam sine Pythio aut Dodonaeo aut Hammonis oraculo? D I, 3. cum in Aequimaelium misimus, qui adferat agnum; D II, 39. »scibam me in mortiferum bellum, non in epulas mittere«; T III, 28. meos amicos, in quibus est studium, in Graeciam mitto; A I, 8. quae nobis in Graeciam Roma responsa haruspicum missa sunt! D II, 52. quae (Lacaena) cum filium in proelium misisset; T I, 102. luna ... eam lucem, quam a sole accepit, mittit in terras; N II, 103. ut id, quod agri efferant sui, quascumque velint in terras, portare possint ac mittere; R II, 9.

moveo: huic (Aristoni) summum bonum est in his rebus neutram in partem moveri; A II, 130. tamquam paribus examinatus ponderibus (animus) nullam in partem movetur; T I, 43.

nascor: in miseriam nascimur sempiternam; T I, 9.

navigo: quod erat constitutum ... Lucullo in Neapolitanum, mihi in Pompeianum navigare; A II, 9.

numero: si singulos numeremus in singulas (civitates); R III, 7.

nuntio: in Tusculanum mihi nuntiabantur gladiatorii sibili; fr VIII, 11.

obrepo: nullae .. imagines obrepunt in animos dormientium extrinsecus; D II, 139.

occido: erit aliquid, quod aut ex nihilo oriatur aut in nihilum subito occidat; D II, 37.

partior: sunt .. omnia in quaedam genera partita aut inchoata nulla ex parte perfecta; Ti 11. id ipsum in ea, quae decuit, membra (deus) partitus est; Ti 22.

pello: quod (genus motus) in anticam partem a conversione eiusdem et similis pelleretur; Ti 36.

penetro: ut nulla acies humani ingenii tanta sit, quae penetrare in caelum ... possit; A II, 122. hominum ratio non in caelum usque penetravit? N II, 153. cum Romuli animus haec ipsa in templa penetravit; R VI, 24.

peregrinor: ille (Democritus) in infinitatem omnem peregrinabatur; T V, 114.

pergo: in oppidum ad Pomponium perreximus omnes; F V, 96.

permano: Pythagorae .. doctrina ... permanavisse mihi videtur in hanc civitatem; T IV, 2. permanat in venas et inhaeret in visceribus illud malum; T IV, 24.

persequor: ista .. me imago Marii in campum Atinatem persequebatur? D II, 137.

pertineo: (cibus) distribuitur per venas admodum multas in omnes partes corporis pertinentes; N II, 137.

pervado: ne quid in eas (nares), quod noceat, possit pervadere; N II, 145.

pervenio: posse animos ... in caelum quasi in domicilium suum pervenire; T I, 24. quae (imagines), in Capitolium cum pervenerim || pervenerint ||, tum ad animum meum referantur; N I, 106. non video, quo pacto ille ... „in domum aeternam patris“ ex illo ardore pervenerit; N III, 41. quam multi ... in portum .. salvi pervenerint; N III, 89.

pervolo: quibus (curis) agitatus ... animus velocius in hanc sedem et domum suam pervolabit; R VI, 20.

porrigo: nec manum porrigebat in mensam; T V, 62.

porto: ſ. mitto in terras.

praecipito: (Fibrenus) praecipitat in Lirem; L II, 6.

procedo: ut in agrum Rutulorum Aboriginumque || ve || procederet; R II, 5.

prodeo: qui (philosophi) in aciem non saepe prodeunt; T II, 60. ut in scaenam sine subligaculo prodeat nemo; O I, 129.

produco: doctrinam ... non modo in solem atque in pulverem, sed in ipsum discrimen aciemque produxit; L III, 14. sermonem in multam noctem produximus; R VI, 10.

profero: eundem .. (Dionysium) ferunt haec ... sublata de fanis in forum protulisse; N III, 84. ſ. lucem; P 4. cum res occultissimas aperueris in lucemque protuleris; A II, 62. temptare volui possentne proferri in lucem [id est in forum]; P 4. (quam rationem) profiteri et in medium proferre non audeas; F II, 76.

proficiscor: (L. Lucullus) in Asiam quaestor profectus; A II, 1. ipsi illi maiorum gentium di qui habentur, hinc *a* nobis || hinc || profecti in caelum reperientur; T I, 29. nos quasi in mercatus quandam celebritatem ex urbe aliqua sic in hanc vitam ex alia vita et natura profectos alios gloriae servire, alios pecuniae; T V, 9. qui (P. Nigidius) cum me in Ciliciam proficiscentem Ephesi expectavisset; Ti 2. o praeclarum diem, cum in illud divinum animorum concilium coetumque proficiscar! C 84. profectus in exsilium Tubulus || est ||; F II, 54. cum legiones scribat Cato saepe alacris in eum locum profectas, unde ..; T I, 101. cum recorder || recordor || ... legiones nostras ... in eum locum saepe profectas alacri animo ..., unde ..; C 75. vitam: ſ. celebritatem.

profugio: qui (Mercurius) .. dicitur ... || in || Aegyptum profugisse; N III, 56. (C. Blossius) in Asiam profugit; Lae 37.

profundo: qui ... ludorum venationumque apparatu pecunias profundunt in eas res, quarum ..; O II, 55.

proicio: quas (sicas C. Gracchus) ipse se proiecisse in forum dixit; L III, 20. qui in nave necatus, deinde in mari || mare || proiectus esset; L II, 57.

prospicio: vgl. IV, 2. tempus; R I, 71.

provehor: in altum .. (imbecillitas) provehitur imprudens; T IV, 42. flumen: vgl. delabor; D I, 58.

provideo: vgl. IV, 2. posterum.
rapio: opinionibus vulgi rapimur in errorem; L II, 43. cur rapior in invidiam? A II, 126. necesse est .. in suum quaeque locum natura rapiatur; N III, 34.
recedo: »interea sol albus recessit in infera noctis«; D I, 108.

recido: in agro ambulanti ramulum adductum, ut remissus esset, in oculum suum recidisse; D I, 123. quia et recidunt omnia in terras et oriuntur e terris; N II, 66.

recipio: »recipit .. in sese omnia omniumque idemst pater«; D I, 131. quos quasi novos et adscripticios cives in caelum receptos putant; N III, 39. * facile in civitatem receptus esset; R II, 35. qui (pinoteres) ... in eandem || eam || .. (concham) cum se recepit, includitur; F III, 63. (Gyges) in concilium se pastorum recepit; O III, 38. domum: ſ. admitto; O I, 139. qui civitates aut nationes devictas bello id fidem recepissent; O I, 35. Plato ex materia in se omnia recipiente mundum factum esse censet a deo sempiternum; A II, 118. qui illum in eandem navem recepissent; N III, 89. ut, quem in portum se recipiant, scire non possint; F V, 15. ſ. solitudinem. ille (Africanus) ... e coetu hominum frequentiaque interdum tamquam in portum se in solitudinem recipiebat; O III, 2.

recurro: (lunae) forma mutatur tum crescendo, tum defectibus in initia recurrendo; N II, 50.

redeo: se ... in Pyrrhi castra rediturum; O III, 86. se in castra redituros ea; O III, 113. cum esset spes ex illo somnio in Cyprum illum (Eudemum) ex Sicilia esse rediturum; D I, 53. ut ... in gratiam iam cum voluptate redeamus; C 56. his .. ipsis (sepulcris) legendis in memoriam redeo mortuorum; C 21. in urbem .. redeatur; L III, 18.
redigo: brevi tempore aut vivum aut mortuum Iugurtham se in potestatem populi Romani redacturum; O III, 79.
redundo: quae (exempla) nata et frequentata apud illos (Athenienses) etiam in gravissumam civitatem nostram dicuntur redundasse; R I, 5.

refero: hoc .. opus in acceptum ut referas, nihil postulo; P 5. in eo (libro Clitomachi) est disputatio scripta Carneadis, quam se ait in commentarium rettulisse; T III, 54. eodem .. in libro rursus terram et caelum (Ponticus Heraclides) refert in deos; N I, 34. quodsi nubes rettuleris in deos, referendae certe erunt tempestates; N III, 51. hic ... in domum multiplicatam non repulsam solum rettulit, sed ignominiam etiam; O I, 138. ut ... id ante diem certam in suum quidque fanum referret; N III, 84. illi .. etiam P. Africanum referre in eundem numerum solent; A II, 13. nostri .. oratorii libri in eundem librorum numerum referendi videntur; D II, 4.
remigro: Antiocho id magis licuerit, ... remigrare in domum veterem e nova quam nobis in novam e vetere? A I, 13. ut .. in aeternam et plane in || plane || nostram domum remigremus; T I, 18.
remitto: ut (patria) ... tantum .. nobis in nostrum privatum usum, quantum ipsi superesse posset, remitteret; R I, 8.

repono: homines iam morte deletos reponere in deos; N I, 38. pisces, canes, lupos, faelis, multas praeterea beluas in deorum numerum reponemus; N III, 47.
reservo: omnia ... in idem tempus reservabo; N III, 18.
restituo: is (Tarquinius) cum restitui in regnum nec Veientium nec Latinorum armis potuisset; T III, 27.
retraho: si (Scipio) Hannibalem in Africam retraxisset; F II, 56.
revertor: qui in castra revertissent eadem fraude, ut iure iurando liberarentur; O III, 115. nec (eorum animi) hunc in locum nisi multis exagitati saeculis revertuntur; R VI, 29. ex quibus (provinciis) admodum pauci in patriam revertuntur; T V, 106.
sero: ſ. spargo; Ti 46.
serpo: hoc aut in inmensum serpet, aut nihil horum recipiemus; N III, 52. statum: ſ. volo.
spargo: credo deos inmortales sparsisse animos in corpora humana, ut essent, qui terras tuerentur; C 77. alios in terram, alios in lunam, alios in reliquas mundi partes ... spargens quasi serebat; Ti 46. tum in optimam segetem praeclara essent sparsa semina; R V, 11. quod (genus humanum) sparsum in terras atque satum divino auctum sit animorum munere; L I, 24. ſ. lunam.
specto: quae (domus) spectat in nos solos; O I, 58. »ni prius ... sancta Iovis species clares spectaret in ortus;« D I, 20.
subrogo: in annum posterum decemviros alios subrogaverunt; R II, 61.
subvolo: ut ... hae (partes) rursum rectis lineis in caelestem locum subvolent; T I, 40.
succedo: nisi in voluptatis locum dolor forte successerit; F I, 56. in eius (ducis) locum succedit || proxima, al. || (grus) ex iis, quae adquierunt; N II, 125. ut ... in eorum (heredum) locum ipse succedat; O III, 76.
sum: in quem (Roscium) etiam illud est eius (Catuli): »constiteram ..;« N I, 79. ut eris in famulos, si aliter teneri non possunt; O II, 24. hoc si est in libris, in quem hominem et in quod tempus est? D II, 110.
sumo: ut ... Epicurum .. et Metrodorum non fere praeter suos quisquam in manus sumit; T II, 8.
suscipio: ut ille Cato ... in populi Romani civitatem susceptus est; L II, 5.
suspicio: quae (res) prima inpulit etiam, ut suspiceremus in caelum; R III, 3.
tempero: ea cum tria (deus) sumpsisset, in unam speciem temperavit; Ti 22.
tollo: in caelum: ſ. **caelum,** II, 4. tollo in (5 St.) B. I, S. 369, b. in currum cum Phaëthontem filium (Sol) sustulit; N III, 76. optavit (Phaëthon), ut in currum patris tolleretur; O III, 94.
trado: ut de principum filiis x ex || sex, x, al. || singulis Etruriae populis in disciplinam traderentur; D I, 92.
transeo: cum (bestia) in disparis animantis vitam transire non possit; T V, 38.
transfero: si in plures translata res sit; R I, 60. id .. (verbum) proprie quidem in disparibus coloribus dicitur, sed transfertur in multa disparia; F II, 10. quod nisi idem in amicitiam transferetur, verus amicus numquam reperietur; Lae 80. hanc quoque iucunditatem, si vis, transfer in animum; F II, 14. qui hos || eos || deos ex hominum genere in caelum translatos non re, sed opinione esse dicunt; N III, 53. quae (studia) sero admodum expetita in hanc civitatem e Graecia transtulerunt; T IV, 1. quoniam vera || [vel] illa vera || definitio transferri non possit in falsum; A II, 43. quod Spartiatae etiam in feminas transtulerunt; T II, 36. eum secundus ortus in figuram muliebrem transferet; Ti 45. in suis moribus simillimas figuras pecudum

et ferarum transferetur; Ti 45. nihil est .., quod de suo genere in aliud genus transferri possit; A II, 50. homo .. iustus .... nihil cuiquam, quod in se transferat, detrahet; O III, 75. num illa definitio possit in aliam rem transferri quamlubet; A II, 43. quod (genus) ab Ennio positum in una re transferri in permultas potest; O I, 51. quod idem licet transferre in voluptatem; F I, 55. ut huius quoque generis laudem iam languenti Graeciae eripiant et transferant in hanc urbem; T II, 5.

transmitto: Caesar cum a summo haruspice moneretur, ne in Africam ante brumam transmitteret; D II, 52.

tribuo: omnem vim loquendi ... in duas tributam esse partes; F II, 17. est .. animus in partis tributus duas; T II, 47.

trudo: in quorum (pecorum) societatem et hominem et sapientem trudere nefas esse; A fr 20 (S. 18).

vado: † vadit .. in eundem carcerem atque in eundem paucis post annis scyphum Socrates; T I, 97.

